Staatl. Bibliothek
Regensburg

A. 12. 8.

A. 12. 9

Jus civ Aro 25 C

CONSILIORUM
TUBINGENSIUM
VOLUMEN IV.

QUOD,

NOMINE AMPLISS. FACULTATIS JURIDICÆ,
IN ILLUSTRISSIMA EBERHARDINA,

Conscripsit

FERDINAND-CHRISTOPHORUS HARP-
PRECHT, Jctus & Antecessor.

TUBINGÆ,

Impensis JOHANN-GEORGII COTTÆ, Bibliop.

Typis JOHANNIS GRÆTZII,

ANNO DOMINI M DC XCIIX.

CONSILIORUM
TUBINGENSIUM

VOLUMEN IV.

Quod,

NOMINE AMPLISS. FACULTATIS IURIDICÆ,
IN ILLUSTRISSIMA EBERHARDINA,

Consilio

FERDINANDI-CHRISTOPHORI HARPP,
PROFESSORIS, Iuris & Antecellor.

TUBINGÆ,

Impensis JOHANN-GEORGII COTTÆ, Bibliop.

Typis JOHANNIS GOTTLIN.

ELENCHVS
RESPONSORUM
IN
QUARTO VOLUMINE COMPREHENSORUM.
CONSILIUM
LI.

DE Partus undecimestris Legitimitate penitior discussio.

Vbi in specie hæc Q. evolvitur: Vtrum Partus, ex stupro, post tercentesimum, tertio, vel quarto die natus, in dubio legitimus censeri debeat?

In computando tempore Partûs Menses solares seu civiles æquales attendi debent.

Adduntur Rationes tùm Medicorum, tùm JCtorum, ob quas undecimestris Partus non possit legitimus existimari.

Præcipuè urgetur, & excutitur Nov. 39. cap. 2. ubi Partus hujusmodi appellatur mirabilis & impiissimus.

Recensentur diversæ DDrum sententiæ de Partu, post decimum mensem, 2do, tertio, quinto, imò decimo die nato.

Utrum talis Puella, quæ, sub initium mensis undecimi, ex stupro partum edidit, ad Juramentum purgationis, vel suppletorium, adigi debeat?

LII.

Dejure Retractûs per errorem admissô.

Utrum, si Emptor, per errorem, id admiserit, & Retrahenti rem venditam tradiderit, Errore probatô, ipse Prædium ab illo repetere valeat?

De justo, & non facilè vincibili Errore.

De Erroris efficaciâ in Contractu annullando.

De ejusdem effectibus in annullandis supremis Voluntatibus.

De probatione Erroris per conjecturas.

Impedimentum de facili removendum Iura nostra haud attendunt.

Qualem ille, qui indebitum ex errore solvit, in eôdem vincendô, & explorandâ negotii veritate, diligentiam de jure adhibere teneatur?

Ad justitiam Erroris, quô Emptor permotus Retractum admisit, an sufficiat communis Concivium opinio, quòd Prædium retractui obnoxium sit?

Quatenùs item illorum, qui annuos census Ecclesiæ vel Principi debitos exigunt, Consignationes seu libelli Privati, **ihre Zinß- und Haischbüchlein/** quibus Prædium, ceu communem censum fundiarium præstans, insertum est, ad hoc sufficiat?

Allegantur Exempla justi Erroris circa Factum alienum.

Demonstratur, in tali casu competere Condictionem indebiti & quidem incerti.

Per Requisita hujus Condictionis, quæ sigillatim examinantur, & Facto proposito accommodantur.

Ius retractûs ex eo, quòd, Lite super retractu pendente, casualis interitus prædii retrahendi ad Emptorem spectare possit, haud impeditur.

Domô retractui obnoxiâ exustâ Jus retractûs adhuc circa Aream competit, & Retrahens emptori tantùm hujus precium exolvere tenetur.

Quatenùs prædium ab onere censûs liberum, per Præscriptionem, communi censui obnoxium reddi, & alterius Prædium, etiam quoad Corpus privilegiatum, ab isto onere, pro parte liberari queat? nonnulla adsperguntur.

Retrahens eadem Pacta, quæ Emptor cum prædii Venditore iniit, ſervare tenetur.

Vtrum, ſi Retrahens hæc Pacta non ſervet, ipſe jus retrahendi eapropter amittat? Et an Emptor, hôc nomine, adverſus Retrahentem, aliquam habeat Actionem?

L III.

De jure Statûs Provincialis, daß Jemand in einem Chur- oder Fürſtenthumb ein Land-Stand / und diſer Dignitari anhängiger Privilegien fähig ſey.

Vtrum ſola in matriculam alicujus Provinciæ Nobilium receptio qualitatem hanc Statûs Provincialis evincat & inferat?

De variâ conditione Landſaſſiorum, Schrifftſaſſiorum & Ambtſaſſiorum.

De Oneribus & Criteriis Landſaſſiatûs.

De variis actibus, juris Statûs Provinciæ demonſtrativis, ad docendam ejusdem quaſi poſſeſſionem.

De Commodis poſſeſſionis vel quaſi.

In negotiis, ubi ipſe primævus Naturæ ſtatus poſſeſſori repugnat, utrum ille nihilominùs in ſua poſſeſſione manutenendus ſit?

Utrum is, qui prætendit ſingularem Dignitatem, vel ſe Nobilem venditat, non obſtante illius quaſi poſſeſſione, nihilominùs eandem probare teneatur?

De Notorio.

Utrum, quándo primarius Principis Miniſter, in ordinem Nobilium & Statuum Provinciæ, ab ipſo Principe & Ordinibus recipitur, illô poſteà mortuô, hæc receptio ab Ordinibus, cum effectu impugnari queat?

Anne quaſi Poſſeſſor ſingularis Dignitatis, & in ſpecie hujus juris, ut ipſe pro Statu Provinciæ habeatur, ad ipſius hujus ſuæ Poſſeſſionis titulum edendum adigi valeat?

In cauſis fiſcalibus, & quoad Regalia, utrum quis titulum ſuæ Poſſeſſionis edere teneatur?

Nobiles in quaſi poſſeſſione ſuæ Dignitatis per utile interdictum uti poſſidetis ſunt defendendi.

De negotiis & actibus, ex quibus Nobilitas probari queat.

An Qualitas, ſeu jus Statûs Provincialis, per Præſcriptionem adquiri poſſit?

Affirmatur hoc de ſolâ immemorialis temporis Præſcriptione.

An Nobilitas, Doctoralis, vel alia Dignitas per Præſcriptionem quæſibilis ſit?

An jus Statûs Imperii, ſive Immedietatis, præſcribendo, acquiri queat?

Vndè Qualitas ſeu jus Statûs Imperii, itemque Provinciæ, probari poſſit?

Vtrum hæc Qualitas ex Matriculâ Ordinum Imperii, vel Provinciæ, ſatis probetur?

Itemque ex jure Seſſionis & Voti in Comitiis Imperii, & Conventibus Ordinum Provincialium?

Nec non ex immediata Collectarum Imperii, in ejusdem ærarium, illatione?

Vndè iſta Vocatio ad Comitia, vel Conventus Ordinum Provincialium, & cætera mododicta probari poſſint?

Ex ſolâ Dignitate primi Principis Miniſtri non probatur Vis & Metus.

Probatâ Potentiâ non ſtatim Impreſſio intelligitur probata.

Metus reverentialis ad reſciſſionem negotii, tanquàm metu extorti, regulariter haud ſufficit.

De metus purgatione per lapſum Temporis.

De Remediis, ad tuendam hanc Qualitatem Statûs Provincialis competentibus.

De Testamento Judiciali, seu apud Acta Iudicii condito.

Ubi ista magistralis Quæstio: Utrum hæc Testamenta etiam per Nuncium, Curatorem ad litem, Advocatum, Scultetum, Judicii ministrum, Actuarium, Consulem, Procuratorem, itemque per Literas, confici valeant? pleniſſimè excutitur.

Utrum, quando duo Conjuges apud Acta Judicii tastati volunt, & solùm unus Conjugum in Judicio comparet; alter verò per Syndicum Civitatis alicujus Imperialis testamentum suum offert, hujus quoque Testamentum pro valido habendum sit?

An Donatio intervivos, & mortis causa; per Procuratorem insinuari queat?

An tempore Pestis per Procuratorem testari liceat?

An Magistratus, hoc, suo decreto permittere valeat, ut per Procuratorem Testamentum ordinetur?

Axioma juridicum: Quod quis per alium facit &c. quousque procedat?

Ex Æquipollentibus quatenus alterum alterius, in supremis Voluntatibus, vice defungi queat?

In istis Testamentis, quæ publicâ fide conficiuntur, an omnes, vel quænam Solennitates relaxatæ censendæ sint?

An vera sit illa Vasquii traditio, quòd in testamento Principi oblato & judiciali solum Jus Gentium sit attendendum?

An Jus Gentium indulgeat, ut quis, Absens, per personam intermediam testetur?

In Testamento tempore Pestis confecto utrum Testes Testatorem ipsi videre & audire teneantur?

Utrum ista Solennitas, quòd Testes ipsi Testatorem præsentem audire & videre debeant, à Principe, per Statutum, vel Privilegium, remitti valeat?

An illa in aliis privilegiariis Testamentis, Parentum inter Liberos, Militum &c. sit relaxata?

Utrum Legata, vel Fideicommissa, per Mandatarium, relinqui possint?

An illis in locis, in quibus Statutum nil specificè disponit, quòd per Procuratorem testari prohibitum, vel integrum esse debeat, in Testamento apud Acta condendô illius ministeriô uti integrum sit?

An etiam Statutum, Juris Communis correctorium, passivam ex illo interpretationem recipiat?

Quousque id verum sit, quòd, in dubio, pro Testamenti validitate pronuntiare debeamus?

An personæ apud Acta testantis Comparitio in loco Judicii, vel coram Scabinis, etiam quoad Fœminas, præcisæ necessitatis sit?

Utrum idem de Personis honoratioribus seu egregiis dicendum?

An, in reciprocis inter Conjuges testamentis, Defectus seu Nullitas ex unius solummodò latere interveniens, etiam alterius Testamentum annullet?

Ubi multa porrò alia, de his ipsis Testamentis notatu dignissima, examinantur; insimùlque diversitas inter talia Testamenta, & Testamentum à Patre, sibi & Filio factum, exactè ostenditur.

LV.

De mutatione Confessionarii, von änderung des Beichtvatters/oder des Beichtstuls/operosa disquisitio.

De Processu in causis Consistorialibus.

An eadem, quæ in processu Summario obtinent, etiam in causis Consistorialibus attendi sufficiat?

De nonnullis, quæ animum injuriandi in verbi Divini ministris excludunt.

De Conteſtatione injuriantis, quòd ipſe de altero honeſtè ſentiat, ejusque effectu, præprimis ſi illa ante Lit. conteſtatam, & à miniſtro Eccleſiæ fiat.

De Pactô injuriarum remiſſorio notabilis definitio.

De Proteſtatione, quòd quis injuriam, jamjam ſimpliciter & purè remiſſam, non aliter remiſſam velit, quàm ſi hoc vel illud fiat, ex modico temporis intervallo adjectâ.

De manuum dextrarum junctionis, Handeinſchlagung/ in remittendis Injuriis, effectu.

De Pacto, injuriarum actionis ſemel extinctæ reſtitutorio, ſeu revificatorio.

De injuria per Retorſionem extinctâ.

In Proceſſu ſummario & Conſiſtoriali an omnia Oretenùs proponi oporteat?

De Litibus Clericorum intra Spatium bimeſtre definiendis.

Vtrum, & quatenùs Cauſa ſummaria, e.gr. matrimonialis, vel alia Conſiſtorialis, etiam in Proceſſu ordinario tractari queat?

De Poſitionibus, & Juramento reſpondendorum, an illis etiam in Proceſſu Summario, atque Conſiſtoriali, locus pateſcat?

Juramenta Dandorum, & Reſpondendorum, num etiam in cauſis matrimonialibus admitti debeant?

De tacitâ Iuramenti Calumniæ remiſſione, nec non de expreſsâ, noſtris Moribus permiſsâ.

An hæc tacita Remiſſio etiam in juramento Reſpondendorum obtineat?

Utrum Judex juramentum Reſpondendorum, ſemel exactum, remittere valeat?

An Hodiè Iuramenta, ſine præviâ Judicis interlocutoriâ, in Iudicio præſtita, aliquid operentur?

Iudex nihil in Judicio admittere debet, niſi quod profuturum.

Sed tamen nec quicquam rejicere debet, niſi certus ſit, illud ad nihil profuturum.

An ſufficiat, Miniſtros Verbi Divini, ad poſitiones ſui Adverſarii, bey Prieſterlichen Ehren und Treuen reſpondere?

An Iuramentum reſpondendorum, à Iudice, ex officio, Actore invitô, exigi poſſit?

Iuramenta dandorum & reſpondendorum non vivâ voce; ſed in ſcriptis exacta, Iudex, æquè ac alia Calumniæ juramenta, ſecurè præterire poteſt.

Quando iſta Iuramenta de Proceſsûs ſubſtantiâ exiſtimentur?

Utrum Iudex, noſtris Moribus, Iuramenta dandorum & reſpondendorum, vivâ voce exacta, nihilominùs, ob ceſſantem omnem Calumniæ ſuſpicionem, ſalvô Proceſſu, remittere valeat?

An Pars adverſa, hôciu caſu, appellare queat?

In cauſis, quæ celerem expeditionem deſiderant, quales etiam ſunt illæ, quæ cum publico Scandalo conjunctæ ſunt, num Appellatio locum obtineat?

Ad hoc, ut Actoris poſitiones, propter Rei contumaciam, pro confeſſatis habeantur, quid requiratur? præcipuè in cauſis Conſiſtorialibus?

De Appendicibus reſponſionum ad Poſitiones, utrum & quatenùs locus illis indulgendus ſit?

De Confeſſione qualificatâ, connexa capitula comprehendente.

Utrum Mutatio Confeſſionarii, die änderung des Beichtvatters/ propter graves, inter ipſum & Parochianum, inimicitias, ullô caſu concedi debeat, vel valeat?

De facultate diſpenſandi circa res adiaphoras, & Obſervantiâ circa easdem.

Ad hoc, ut quis efficiatur Paroecialis, quid requiratur?

An quis Domicilium eccleſiaſticum, duobus in locis, habere poſſit?

De cauſis, ad hoc, ut Parochianus, apud alterius Eccleſiæ Parochum, ſacrâ cœna uti poſſit, ſufficientibus.

Qua-

Quatenùs Parochi consensus ad hoc sufficiat, ut quis, aliô in locô, sacram cœnam accipiat?

De divisione Ecclesiarum in certas Paroecias, ejusque Effectibus.

Quòd Paroecianus regulariter non possit in aliâ Ecclesiâ sacram cœnam, vel in nuptiis Hierologiam accipere, immotis Rationibus evictum datur.

Quid, si Parochianus planè juraverit, **daß Er nicht mehr von seinem bißherigen Beichtvatter die** Absolution, **und das heylige Abendmahl empfangen wolle?**

Quando resadiaphoræ hanc naturam deponant?

An Suburbani, in ipsâ Urbe, Sacramentis uti valeant?

Ad Domicilii, tùm Secularis, tùm Ecclesiastici, constitutionem quid requiratur?

Facultas, seu jus Paroecias mutandi ad quem pertineat?

Vtrum in Actionibus injuriarum, Actori, ad fundandam suam intentionem, Positionibus uti integrum sit?

In actione injuriarum Sacerdotem concernente qualis ei satisfactio, si etiam ipse à mutuis injuriis non prorsùs immunis sit, præstari debeat?

De Transactione in actione injuriarum, inter Ministrum Verbi Divini, & Parochianum, litigantibus etiam invitis imperatâ.

Utrum mutatio Confessionarii, saltem ex ratione Expedientiæ, connivendo, seu, ut Hodiè Consistoria loqui amant, tolerando, indulgeri queat?

Quid si ipse Patronus, vel Ecclesiæ Collator, cum suo Pastore graves alat inimicitias?

Quomodo Magistratus, tùm Ecclesiasticus, tùm Secularis, in ejusmodi casibus, adversus Contumaces & Refractarios, procedere debeat?

LVI.

De Delegatione, modernis moribus, per nudum Pactum constituenda.

Secundus actus in Delegatione, inter Creditorem, cui sit delegatio, & Delegandum, etiam tacito Pâcto, Hodiè, fieri potest.

Quod in diuturnâ Usurarum Solutione & Acceptatione fieri posse, demonstratur.

Verùm ut talis tacita Delegatio locum habeat, oportet, ut de Deleganti mandato constet.

De Effectu Delegationis, tùm quoad Delegantem, tùm Creditorem, cui fit delegatio.

De Assignatione nominis nunnulla admiscentur.

Differentia inter Debitorem delegatum, & Solutionis Ministrum ostenditur.

De Compensatione Culpæ cum culpa, ejusdem vel diversi gradûs.

Utrum, si Civitas, vel Monasterium, mutuam pecuniam, eô fine, acciapiat, ut eandem suo Principi, in redemptionem alicujus Dynastiæ, vel Præfecturæ, eam statim expensuro, tradat, acceptâ à Principe indemnitatis Promissione, hæc pecunia in rem illius Civitatis, vel Monasterii possit dici versa esse?

Quid in rem alicujus verè versum dici possit?

Utrum Subditi, in casu tùm Necessitatis, tùm Utilitatis, ad pecuniam suo Principi credendam cogi queant?

Num Princeps, ad terram ab Hostibus occupatam, vel Creditoribus oppignoratam recuperandam, suis Subditis collectas indicere valeat?

An item ad Castrum, suo Statui contiguum, coemendumi id liceat?

Utrum, & quatenùs, ob Æs alienum à Principe contractum, Subditis Collectas indicere liceat?

Quando Civitatis, Ecclesiæ, vel alteris Universitatis Administratores pecuniam mutò acceperunt, & eandem rursùs aliis, illius nomine, crediderunt, tunc illa in rem Universitatis rectissimè versa dicitur.

Utrum, ſi Princeps Status Provinciales, ad pecuniam ſuo nomine mutuò accipiendam, & ſibi confeſtim, ad legitimos & neceſſarios uſus, rursùs tradendam, invitos adegerit, ipſi ſuo Creditori exceptionem Violentiæ opponere valeant?

Quando Civitas, in mutuâ pecuniâ rogandâ, duntaxat miniſterium Principi præbet, **nur den Nahmen und Hand führt**/ ipſa planè non obligatur; ſed ſolus Princeps.

Si Princeps Monaſterium invitum compellat, ut mutuam pecuniam, ad voluptuaria Principis debita exolvenda, mutuetur, eidem Exceptio non factæ Verſionis etiam contra inſtrumentum guarentigiatum competit.

Hanc Exceptionem perpetuam eſſe, demonſtratur.

Quando illi, qui quamlibet, ſeu eccleſiaſticam, ſeu ſecularem Univerſitatem repræſentant, mutuam pecuniam acceperunt, illa validè obligatur, licet Creditor verſionem in ejus rem probare haud poſſit.

Notatur controverſia, ſuper iſto articulo, inter Dn. Lauterbachium, & Dn. Manzium.

Utrum Civitas, quæ pecuniam, ex decreto ſui Principis, vel Statuum Provinciæ, in Principis vel Statuum ærarium ſtatim intulit, & nullas ab illis Uſuras accepit, exceptione non factæ Verſionis in rem ſe defendere valeat?

Hoc ità definiit Conſtitutio Electoralis Bavarica.

Et B. Brunnemannus.

Anne tali in caſu Civitas, vel Monaſterium, ſuam Actionem, contra Principem vel Status Provinciales, **wider die Herꝛſchafft/ oder Landſchafft/** cedendo, à ſua obligatione ſe eximere poſſit?

Utrum, talibus in caſibus, Beneficium in integrum reſtitutionis locum obtineat?

De tempore in integrum reſtitutioni petendæ præfixo.

De variis Cauſis, compenſationem Sumptuum litis generantibus.

De nonnullis Rationibus, ob quas Uſuræ, ad alterum Tantum, imminuî debeant?

An Beneficium Competentiæ, noſtris moribus, etiam Civitatibus & aliis Univerſitatibus competat?

LVII.

De Donatione remuneratoriâ, à Principis Tutoribus, illius Miniſtro facta.

Utrum Princeps, qui nomen, ob inſignia merita, ſuo Miniſtro ceſſit, illud alii cuipiam porrò cedere valeat?

An Princeps propterea, quòd Nomen, ſuo Miniſtro ceſſum, poſteà alii cedat, primo Ceſſionario, ad id, quod intereſt, præſtandum obſtrictus ſit?

Quousque Tutorum Principis poteſtas in donando ſe extendat?

Qualia Merita ad Donationem remuneratoriam neceſſaria ſint?

Generalis vel ſpecialis Donatoris aſſertio an ad Merita probanda ſufficiens ſit?

De æqualitate inter Merita præcedentia, & Donationem remuneratoriam, tùm à Privatis, tùm à Principe factam.

Utrum Donatio antidoralis inſinuatione opus habeat?

Itemque Donatio à noſtri Imperii Principibus facta?

Differentia inter Nominis aſſignationem & Ceſſionem.

De Uſuris, Donatario, ex Quantitate donatâ præſtandis.

An probatio Meritorum etiam in Principum donationibus remuneratoriis neceſſaria ſit?

De probatione Meritorum Donatarii conjecturatâ.

Utrum Donatio remuneratoria, propter Ingratitudinem, revocabilis ſit?

Factâ Nominis ceſſione, quatenùs Cedens adhuc cum ceſſo Debitore tranſigere, paciſci, Debitum exigere, vel illud alii cedere valeat?

Utrum Nominis Donator, æquè ac Venditor, ob illius Ceſſionem alii factam, ad id omne, quod intereſt, præſtandum teneatur?

An

An Donatio remuneratoria bonæ fidei ſit, an ſtricti juris?
Et proindè an in illa Uſuræ, ob Moram, exigi valeant?
Id, quod intereſt, etiam in judiciis ſtricti juris rectè exigitur.
In Donatione antidorali an præſtanda ſit Evictio?
Nominis uſuriferi Donatarius, ſi illud Donator poſteà alii cedat, quousque ad Uſuras, adverſus Cedentem ſeu Donatorem, agere valeat?
Quid, ſi Debitor ceſſus, per calamitates bellicas adeò depauperatus ſit, ut Ceſſionarius, jx. Rec. Imp. de Anno 1654. §. **Die verfloſſene** Penſiones **betr.** tantùm quartam Uſurarum partem, ab ipſo conſequi potuiſſet, an Donator vel Cedens, ex eo, quòd Nomen illud alii ceſſerit, ad plenas Uſuras obſtrictus ſit?
Probatio Meritorum in quibus Donatariis neceſſaria ſit?
Etiam nominis Aſſignatio tacitam illius Ceſſionem continet.
Vtrum nominis Ceſſio à Principe facta, ex eo, quòd Status Provinciales contra illam proteſtentur, invalidetur?
Diſtinguitur an illa de Principatûs, vel Principis privatô patrimoniô fuerit facta?
An Princeps bona domanialia, ob benemerita, alienare poſſit?
Quatenus Fructus Domanii alienari queant?

LVIII.

De Dotis Collatione operoſa diſquiſitio.
Collatio locum habet inter hos ſolos, qui ſunt ex numero Liberorum defuncti, de cujus Hereditate quæſtio eſt.
Maritus, unà cum communibus Liberis, ex Statuto ſuccedens, Collationem Dotium ab illis acceptarum fruſtrà prætendit.
Diſpoſitio Legis omnis Collationis cauſa eſt efficiens, quâ deficiente etiam deficit ipſa.
Cauſa ejus finalis eſt Æquitatis inter Liberos defuncti ſervandæ ſtudium: Quâ ceſſante & ipſa Collatio ceſſat.
De duplici, videlicet Bonorum ſocialium, & Hereditatis Diviſione, in Locis, ubi viget Societas Bonorum conjugalis, poſt obitum Conjugis locum habente, & ſolicitè diſcernendâ.
Dos nondùm ſoluta; ſed duntaxat Promiſſa, poſt mortem Parentis, tanquàm Æs alienum, ex communi Bonorum ſocialium maſsâ, ante hujus Diviſionem, deduci debet.
Utrum in dubio, contra vel pro Collatione debeat pronuntiari?
An Filia Dotem, à Parentibus acceptam, alterutrô mortuô, ſuperſtiti Parenti, in totum, vel tantum, quantum à defuncto Parente accepit, conferre teneatur?
Etiam in inclyto Wurtembergiæ Ducatu ſoli Liberi, alicui Parentum ſuccedentes, inter ſe conferunt.
Textus in Iure Provinciali Wurtembergico huic contrariari viſi nervosè diluuntur.
De vocis, **Verlaſſenſchafft** / ſignificatione, an illa etiam Res à Liberis conferendas, vel aliàs ex neceſſitate Statuti à defuncto Parente in ipſos translatas, ſuo ambitu contineat?
De Statutorum interpretatione in materia Collationis, tanquàm odioſæ, exorbitantis, & quæ regulariter cenſetur de genere Prohibitorum.
Etiam Iure Civili, quando Filia Dotem à Matre accepit, & unà cum Patre ei ſuccedit, Filia, Patri, ad eandem conferendam haud tenetur.
A jure ſuccedendi ab inteſtato, ad neceſſitatem Collationis, illatio ſæpiſſimè nulla eſt.
De collatione Dotis, à Privigna, ſuo Vitrico Coheredi faciendâ.
An Collatio inter Aſcendentes, Collaterales, & Conjuges ſuccedentes locum obtineat?

Collatio

Collatio debet esse reciproca, seu ex utrâque Coheredum parte fieri.

A necessitate relinquendi Legitimam, ad necessitatem Collationis, conclusio nulla est.

De autoritate Consuetudinis, ejusque legali Probatione.

Quatenus Magistratui, itemque Principi, de Consuetudine attestanti, fides attribuenda sit?

Utrum & quatenùs, in Ducatu Wurtembergico, contra, vel præter Jus Provinciale, aliasque Ducatûs hujus Ordinationes, Consuetudo induci queat, eademque tùm in summo Ducali Dicasterio, tùm in inferioribus sive municipalibus Tribunalibus attendenda sit?

Consuetudo in Præfectura Tutlingana olim obtinens, **daß der älteste Sohn der Eltern Hauß und Lehen-Güther für sich behalte/und die Kindermit paarem Geld/zu leidenlichen Zihlern/abfertige/** speciali Serenissimi Rescripto sublata est.

Communis Error utrum & quatenùs Jus facere valeat?

Detectô Errore tali, quid circa Actus, tùm futuros, tùm præteritos, servari debeat? operosè discutitur.

Divisiones Hereditatum judiciales, nec non ab Arbitris compromissariis, tùm etiam ab Arbitris familiæ erciscundæ, **denen Theil-Richtern/** factæ, an ex capite Erroris, ex postfacto detecti, rescindi valeant?

Quid de Divisionibus extrajudicialibus in tali casu sentiri debeat?

Quatenùs Sententiæ ex Errore prolatæ, ob utilitatem publicam, in suo statu relinqui debeant?

Utrum, detectô communi Errore, Condictio indebiti admitti debeat?

Quousque Leges de Negotiis præteritis, jamjam decisis, vel nondùm decisis, ferri queant?

LIX.

Exhibetur resolutio nonnullarum utilium, ad judicium familiæ erciscundæ pertinentium, Quæstionum.

Liberi sua Materna, in massa paternæ Hereditatis, in natura existentia, etiam in casu Concursûs Creditorum, dominii jure, vindicant.

Utrum Liberi, paternam Hereditatem cum beneficio Inventarii adeuntes, sua Bona materna adhuc naturaliter in eâdem existentia, propria autoritate exindè auferre queant?

An & quilibet alius Heres, qui cum beneficio Inventarii adiit, id, quod sibi, tanquàm primo & antiquissimo hypothecario Creditori, debetur, ex massâ hereditariâ, ipse, propriâ autoritate sibi solvere possit?

Vacuam rerum hereditariarum possessionem quilibet Heres propria autoritate apprehendere valet.

Heres beneficiarius, Creditoribus, regulariter, absque discrimine prærogativæ unius præ altero, ex massa bonorum hereditariorum satisfacere potest.

Tutores sibi ipsi, ex pecuniâ pupillari, quod Pupillus illis debet, solvere valent, & debent.

Utrum Creditor rem sibi oppignoratam, uti distrahere, & ex pretio hinc redacto sibi ipsi satisfacere; sic & illam sibi ipsi addicere quasi valeat?

Etiam Heres fiduciarius, id, quod à Defuncto sibi debitum fuit, ex Fideicommisso ipse solvere sibi potest.

Utrum adhoc, ut Heres beneficiarius sibi ipse possit solvere, Concessio Magistratûs priùs debeat requiri?

Ubi etiam Consilium non de Immissione; sed Protectione petendâ annectitur.

Liberi ex primo matrimonio oriundi, Dotem maternam, ante omnes defuncti sui Patris Creditores, expressam licet anteriorem hypothecam habentes, imò etiam ante Viduam superstitem, repetunt.

Quoad reliqua Materna, in massâ paternæ Hereditatis non ampliùs existentia, Liberi etiam Hypothecam habent; sed nullâ cum prælatione conjunctam.

An

An & quatenùs Pater, Liberorum materna, aliave adventitia, ob ſuas proprias Neceſſitates, alienare queat?

De impugnatione Factorum defuncti ipſo jure nullorum.

Quousque Parens, maternorum Bonorum Uſufructuarius, ſui primi thori Liberis ſumptus ſtudiorum & peregrinationum, ex ſuo præſtare, de lure teneatur?

Pater Liberis, bona adventitia habentibus, Dotem vel Donationem propter Nuptias ſimpliciter promittens, easdem de ſuô promiſiſſe cenſetur.

An idem ſecundum Statuta Ulmenſia, & Jus Provinciale Wurtembergicum, dicendum ſit? examen inſtituitur.

De Interpretatione Statuti ex vicinorum Locorum Statutis.

Collatio Dotis, & propter nuptias Donationis, an à Liberis, Paternam hereditatem cum beneficiô Inventarii adeuntibus, etiam in commodum Paternorum Creditorum, itemque Novercæ, fieri debeat?

De Immunitate Sumptuum in Studia, & Peregrinationes, ab onere Collationis.

Filia, Patris hereditatem repudians, ampliſſimam ab illô acceptam Dotem regulariter retinet.

Secùs habet in Filiâ, licet cum Inventario, paternam hereditatem adeunte, ut quæ illam ſuis Fratribus, & Sororibus, Coheredibus, conferre cogitur.

Quousque Beneficium Inventarii Heredem in eô ſtatu conſtituat, in quô eſſet, in caſu Hereditatis ab ipſo non aditæ?

Donatarius notabilis Bonorum Partis, ſimùlque Beneficiarius Donatoris Heres factus, bona ſibi donata integra retinet.

An idem etiam ad Liberos, à Patre dotatos, cum beneficiô Legis & Inventarii, ei poſteà ſuccedentes, extendi debeat? diſquiritur contra Surdum.

Heres beneficiarius etiam verus Heres eſt, in quô regulariter eadem cum aliis Succeſſoribus jura obtinent.

Beneficium Inventarii Heredem quidem à Damnô præſervat; ſed nullum eidem Compendium adjicit.

De Alienatione Bonorum maternorum, cum Conſenſu Liberorum majorennium, à Patre facta.

Adſperguntur nonnulla de Interceſſione Liberorum pro Patre.

Utrum Alienatio, ad Materna Liberorum ſpectantis, Nominis, cum conſenſu Curatorum, à Patre facta, valida ſit?

De Requiſitis ad alienationem ejusmodi Nominis neceſſariis, & Remediis propter illam, tàm contra Curatores, quàm Ceſſionarios ipſos, competentibus.

De Alienatione Adventitiorum, ob urgens æs alienum Paternum, juxta Jura, Commune, & Wurtembergicum.

Utrum Liberifamiliâs prædia Materna, contra Ordinem Juris, alienata, etiam in Caſu, quô Hereditatem Patris, cum beneficio Inventarii adierunt, vindicare, & quousque, prohibeantur?

Quando Pater, cum conſenſu ſuorum Liberorum, Nomen maternum alienaturus, ipſis ſatisfactionem, ſi ad pinguiorem fortunam pervenerit, hoc nomine pro mittit, an & quatenùs Liberi, ejus Hereditate, cum Inventariô, aditâ, tanquàm Chirographarii Patris Creditores, eam petere valeant?

LX.

De Concurſu Creditorum.

An Eccleſia, Monaſteria, aliave Pia Corpora, ratione eorum, quæ ex Contractu ipſis debita ſunt, in bonis Debitoris tacitam habeant Hypothecam?

Factum Officialium regulariter Principi & Domino nocet.

Vtrum Creditor, in die Liquidationis ſuum Creditum ſimpliciter probans, & jus Vindicationis ſpecialiter haud reſervans, ei renunciâſſe intelligi debeat?

Iudex in integrum Reſtitutionem, ex juſta cauſa, competere advertens, Proceſſum, pro illâ obtinendâ, prævenire, ſicque illam ex officio concedere debet.

)( )(In

In Processu edictali Iudex, ex officio, in jura Creditorum inquirere debet.

Fruges à Fisci Administratore venditæ & admensuratæ; sed nondùm ex Horreo aliorsùm translatæ, cum consensu cæterorum Creditorum, in solutum quidem retineri queunt; veruntamen, in quantum illarum Pretium intereà decrevit, vi taciti Pignoris, in bonis Debitoris Fisco competentis, juxta ordinem temporis, etiam exigi potest.

De fide libris Opificum tribuendâ.

De tacitô pignore, in Ducatu Wurtembergico, etiam Opificibus, qui, ex suâ materiâ, pro certo pretio, varias res effecerunt, in iisdem competente.

De tacito Pignore, in rebus, à tempore Conductionis, in Horreum illatis.

De Usuris, à tempore commissæ Moræ, Coheredi præstandis, sive Divisio Hereditatis per modum Emptionis, sive Permutationis, fuerit facta.

Emptor, tùm quando Res ei simpliciter, tùm quando ad Credentiam vendita est, à quo tempore in mora constituatur ad inducendum cursum usurarum?

An pro Pecuniâ hereditariâ, in vernac. Erbegeld / Hypotheca legalis, de Jure Communi, & Wurtembergico competat?

Jus taciti Pignoris, Venditori Wurtembergico, in rebus immobilibus, & mobilibus competens, quousque se porrigat?

Hæc duo: Daß einem unter denen Coheredibus, vor 400. fl. unbewegliche Güther überlassen worden seyen; und: Daß Er 400. fl. zuviel empfangen/ in concursu Creditorum diversissimos effectus producere possunt.

Minorennes, in bonis suorum Debitorum, præterquam Tutorum & Curatorum, nullam habent Hypothecam.

De legali Hypotheca in Fructibus locati Prædii rustici natis.

De Calendariis, à quolibet Patrefamiliâs conscribi solitis, qualem illa, nostris moribus, probandi vim habeant?

De libris Mercatorum & Opificum, utrum illi, etiam extra negotia Mercaturam & Opificium concernentia, aliquam fidem mereantur?

An Jus Retentionis, Uxori, in bonis sui Mariti, etiam in casu excitati Creditorum Concursûs Competat?

Uxori, pendente Processu edictali, pro suis Alimentis, aliundè submini-strata, eôdem, cum illis, jure gaudent.

De Mediis, ad hoc, ut Scriptura privata, non recognita, tamen probet, in Iure admissis.

Talis Scriptura quatenùs per Comparationem literarum & concurrens adhuc aliud Adminiculum, ad gignendam plenam fidem, idonea reddatur?

Adversâ Parte consentiente Juramentum suppletorium deferri potest, etiamsi Probatio semiplenâ minor adsit.

De Baronibus nec albo immediatorum Imperii Civium, nec Ordini Equestri incorporatis, an illi Fisci, & Fisco concesso jure taciti pignoris, in Processu edictali gaudeant?

Adducitur Casus, quô, libro mercatorio plenam fidem habendam esse, pronunciatur.

Absolutô illô Prælationis jure gaudet etiam Merces Pastoribus ovium, de pane Debitoris viventibus, debita.

Uxor omnia Bona, jure Dominii ad ipsam spectantia, in concursu Creditorum sui Mariti, jure Separationis ordinariô aufert.

Mariti Apocha an ad probandam realem Dotis illationem sufficiens sit?

Adducuntur Conjecturæ ad probandam actualem Dotis numerationem sufficientes.

Quando alii Creditores, è solâ Mariti literariâ Cautione, sua credita probant, tunt & sola Mariti absentis apocha ad illationem Dotis probandam sufficit.

Idem dicendum, si cæteri Creditores Mariti apocham non multum impugnent.

Notantur Casus, quibus Uxor semiplenam illatæ Dotis probationem juramento suppletorio corroborare valet.

Ad

Ad hanc probationem etiam Fratrum & Affinium teſtimonium ſufficit.

De Ære alieno in ſocietate conjugali contracto, quatenùs ab hujus ſolutione, in caſu concurſûs Creditorum Mariti, Uxor ſe extricare queat?

De renunciatione acquæſtuum conjugalium, Vxori, ad hoc, ut ab ære alieno, etiam ſociali, ſe omninò exoneret, proficiente.

In ſpecie etiam in Ducatu Wurtembergico.

Inter Concurſum Creditorum, & Bonorum ceſſionem, qualis ſit Differentia?

Quòd Vxor, acquæſtui conjugali renuncians, nec illa Debita, quæ à Marito, in communem totius Familiæ utilitatem contracta, in Foro Wurtembergico exolvere teneatur, plena manu deducitur.

Idem etiam alibi obtinere oſtenditur.

Quibus Caſibus Uxor ad exolvendum æs alienum, à ſolo Marito, ceu Familiæ Principe contractum, teneatur, Jure Communi & Wurtembergico?

Quousque Cedens, etiam facta Ceſſione, actionum ceſſarum dominium retineat?

Utrum Ceſſionarius Cedentis facto vel non facto excluſus, ex. grat. quòd hic Citationem, in Proceſſu Edictali, Ceſſionario non inſinuaverit regreſſum adverſus Cedentem habeat?

An Citatio Peremptoria, præſertim unica, in Proceſſu Edictali, illos Creditores, qui non comparent, ſua Credita eapropter amittere faciat? imprimis in noſtro Wurtembergico Foro?

De Nominum Ceſſione, ex cauſa oneroſa, vel lucrativâ, à Judæô, Chriſtiano, contra alium Chriſtianum factâ, ex profeſſo diſquiritur.

Utrum aliud obtineat in Judæo Mercatore?

Quid de Debitis liquidis & indubitatis, in Judicio approbatis, vel in publicum à Notario Inſtrumentum redactis, Chriſtiano, ab aliquo Iudæo ceſſis, tùm de Juris Veritate, tùm moribus modernis, ſentiri debeat?

Quid quoad Contractus, in publicis Nundinis, à Iudæis celebratos, Iuris obtineat?

Quid denique quoad quoslibet alios Contractus, inter Chriſtianos & Judæos celebrandos, ex. grat. Societatem negotiatoriam, de Jure Communi, & Wurtembergico, neceſſarium ſit?

Sub voce, Handthieren/ qualia Negotia inſinuentur?

Utrum Liberi Debitoris, excitato Concurſu, Alimenta pro ſe prætendere valeant?

LXI.

De ſubſidiariâ Negotiorum geſtorum actione: Utrum illa locum habeat in Caſu, quô quis, pro vero Debitore, Creditori ejus ſolvere, per ſententiam Judicis, coactus fuit?

An ejusmodi Neceſſarius negotiorum geſtor repetat Uſuras, pro Debitore, Creditori ejus exolutas?

Itemque Expenſas, in Proceſſu cum illo Creditore, erogatas?

De neceſſitate Transmiſſionis Actorum à Parte petitæ, an, illâ omiſsâ, Proceſſus ſit nullus?

De Citatione ad audiendam Sententiam, utrum, illâ omiſsâ, hæc nulla reddatur?

De Editione Actorum mancorum, an illa Proceſſum nullum efficiat?

Exceptiones reales, tàm facti, quàm juris, an & quatenùs Debitor contra Ceſſionarium opponere valeat?

De Reſervatione Actionis ſeu Regreſſûs adverſus alium in Sententia Judicis.

De Interceſſione Uxoris pro Maritô, præprimis jam mortuo, complura ſelectiora inſeruntur.

De præſumptiva Solutionis probatione ex eo deſumptâ, ſi Creditor ipſemet bonorum Debitoris ſui adminiſtrationem geſſerit.

De Ceſſione Actionis in Principis Conſiliarium factâ, quousque illa titulo Cod. Ne lic. potentiorib. ſubjaceat?

Quænam Cessionarius, contra cessum Debitorem, probare teneatur?

Utrum Uxor sua Bona, unà cum Marito, alii Vendere, & redactum hinc Pretium, pro communis Familiæ necessitate, expendere valeat?

An Administrator bonorum alterius, si illa ratione officii vendat, moribus modernis, ipse emere valeat?

De Cessione actionis litigiosæ: Et an Actio adhuc Hodiè per Litis demùm Contestationem litigiosa efficiatur?

Utrum ille, qui putat, se nihil debere, nihilominùs ad Usuras obstrictus sit?

De Simulatione à Persona ad personam, in Contractu adhibita.

Quid vulgaris illa Clausula: Quòd Solutio cuilibet legitimo Instrumenti Possessori, allen getreuen Innhabern des Briefs / fieri debeat, operetur?

Cessio Actionum quomodo expediatur? Et quis illius Effectus sit?

Tùm quoad ipsum Cessionarium, tùm quoad Cedentem?

An Actio directa, factâ cessione, apud Cedentem, ejusque Heredes, etiam Hodiè maneat?

Si Cedens, debitum alteri cessum, ei ipse exolvat, ipse cessum Debitorem efficaciter convenit.

Non obstante hôc, quòd Cedens actionis directæ dominium retineat, tamen Cessionarius debitoris sibi cessi verus est Creditor, & Nomen cessum ejus proprium rectè dicitur.

Res alicui pro parte duntaxat vendita eidem benè oppignorari potest.

Si Debitor suo Creditori stipuletur, qualem hæc Stipulatio effectum pariat?

Affertur exemplum per tacitum Pactum factæ Delegationis.

Expenduntur Requisita subsidiariæ Negotiorum gestorum Actionis, quæ, citra speciem quasi Contractûs, ex mera Æquitate sæpè accommodatur.

Excutitur ejusdem singularis natura, & ostenditur, eandem quandoque citra Necessitatem; utplurimùm verò in defectum aliarum Actionum concedi.

Adducuntur plures Casus, quibus ei locus datur, præcipuè etiam ille, si Cives pro aliis, vel errantes, vel coacti, Collectas exolverint.

Utrum hæc Actio etiam tunc locum habeat, quando aliquis, ad Debitum pro altero solvendum, ex re judicatâ obstrictus est, licet nihildùm solverit?

Disquiritur: An in propositâ Causa exhibitus Libellus istam subsidiariam Neg. gestor. actionem non impediat?

Quomodo Libellum in qualibet Actione interpretari oporteat?

Si in Libello certum genus Actionis expressùm sit, an Pars illud mutare, vel Judex super alio pronunciare queat?

Nomen Actionis nec Civili, nec Canonico, nec item modernô Jure, in Libello specificè exprimi debet.

Ineptô licet nomine Actionis expressô Iudex tamen super aptô Actoris Petitô pronunciare, potest, sic, ut inepta Actionis expressio non vitiet Libellum; verùm ipsa vitietur.

Præcipuè si Causa in summo Principis Consistorio ventiletur:

Itemque si Actori, contra Reum in Processu eousque agitatô absolvendum, tamen alla Actio in Sententiâ reservanda foret; ubi Iudex, hunc Circuitum præveniendô, Reum benè condemnare potest:

Nec non si nonnullæ, quales hîc proponuntur, Rationes Æquitatis idem efflagitent.

Contradictio Debitoris, mutuum debitum negantis, Compensationem haudquaquàm impedit.

An amissio juris Retentionis sicut in voluntario Negotior. gestore, directam; sic & in Necessariô subsidiariam negg. gestor actionem excludat?

Invitô Dominô negotia gerens, eum tamen in tantum, in quantum iste ex hâc gestione locupletior factus est, æquissimè convenit.

Competentia Fori ex causa Contractûs, tàm in quasi Contractibus, quàm veris, obtinet.

Quid Jus Canonicum, & Mores moderni, circa Fori competentiam ex causâ Contractûs, novi induxerint?

Ex-

Exactio juramenti Calumniæ, in primâ instantiâ, vivâ licet voce facta, eôdemque non præstitô, in superioribus, etiam Principum Imperii, Dicasteriis & Curiis nullam considerabilem Nullitatem producit.

Tametsi Reconventio non simùl in eâdem, cum Conventione, Sententiâ decidatur; tamen etiam hoc nullam parit nullitatem.

Mala fides an in præscriptione Actionum tùm Personalium, tùm Hypothecariæ, obstaculo sit?

Quibus casibus Uxor, pro suo Marito, intercedere dicatur? paulo penitiùs examinatur.

Uxor bona sua vendens, & Pretium in Mariti utilitatem expendens, tametsi Emptor, hoc futurũ esse, sciat, beneficio tamen novæ Constitutionis haud juvatur.

Uxor, unà cum suo Marito, ob causam Societatis, etiamsi in genere duntaxat expressam, mutuum accipiens, efficaciter obligatur, licet Creditor non probet versionem in rem ipsius Uxoris.

Cessio Actionis in Potentiorem, bona fide, & non opprimendi Adversarii ergò facta, valida est.

Sed & Cessio, mala fide, in Potentiorem facta, convalescit ex eo, si Debitor cessus, talem Cessionarium, non allegatâ hâc Exceptione, ipse admittat.

Legis Anastasianæ Requisita expenduntur, & cujus lucro Superfluum illud, quod pretii pro Nomine cesso soluti quantitatem excedit, cedere debeat?

De Præsumptione pro qualibet Judicis sententiâ militante.

Negotiorum gestor, ex Usuris, à se, pro vero Debitore, vero ejusdem Creditori solutis, Usuras, sine crimine Anatocismi, ob moram exigit.

Utrum, si Judex primæ instantiæ, solam Conventionis causam, sua Sententia determinaverit, Iudex Appellationis etiam super Reconventione sententiam ferre queat?

Adduntur nonnulla de Evictionis præstatione, præcipuè inter Coheredes, Necnon de Expensarum Litis Compensatione.

LXII.

Dispicitur de casu, quô Civitas Imperii Mercatori indulsit, **daß Ihme der Freysitz / gegen der Gebühr / eingewilliget seyn solle / da hernach diser Freysaß / in seinen lebzeiten / niemahls etwas entrichtet.**

An Successor singularis, in præsenti Legatarius, ad Onera præterita, **das auffgeschwollene Beysitz-Geld** / exolvenda compelli queat?

De Regressu, eidem, hac ex causa, competente.

De quasi Contractu inter Magistratum & Incolas in civitatem receptos.

De tacita Pretii, in Venditione, Pensionis seu Locarii, in Conductione, nec non Salarii, pro suscepto officio posthàc præstandi, determinatione.

An promissio Quorundam ex ordine Senatorio, **daß man wegen des Beysitz-Geldes sich nichts zubekümmern haben solle** / Incolam ab onere præstanda præstandi immunem præstet?

An Exactio publicarum pensitationum, ab Officialibus ad id deputatis intermissa, Civitati præjudicet, saltem hactenùs, ut Successor & novus Prædii possessor eapropter non ampliùs, nisi priùs excusso priore Possessore, exigi queat?

De compensatione Debiti ex Obligatione antidorali.

Ob Collectas, pro bonis paraphernalibus à Marito non solutas, quis post ejus obitum à Fisco conveniri possit?

De legali Hypotheca, Fisco, in bonis quorumcunque Subditorum, ratione Collectarum competente.

An Prædii collectis obnoxii novus Possessor, ad Collectas præteritas, etiam nondùm excusso pristino Possessore, adigi queat?

LXIII.

Utrum, quando in Loco Bonorum quidem Societas inter Conjuges viget, sed tamen Maritus, ceu Doctor Medicinæ, suam Artem & Praxin (ut perpetuò

ferè fit)absque ſuæ Uxoris concurſu exercet, per illam Quæſita pro Acquæſtu Conjugali communicativo haberi debeant?

Ad illuſtrationem Reformationis Francofurtenſis, part 5. tit. 5 §. 2.

Salaria, ratione publici Officii, quod gerit Maritus, ab ipſo quæſita, regulariter ad Lucra connubialia communicativa referri debent.

Societas Bb. connubialis malè à Scip. Gentili Leonina, & rectiùs ab aliis favorabilis appellatur.

An ſub verbo, Handthieren/und Handlung treiben/ in Reformat. Francofurtana, etiam Medicæ, & ſimilium Artium exercitium comprehendatur?

Sub nomine Mercatorum & Negotiatorum Quinam contineantur ad iſtum effectum, ut ipſorum ſingulari negotiatione acquiſita ad ipſos pertineant?

De Pharmacopolis, ceu magis Literatis, quàm Mercatoribus, quid hîc ſentiendum?

De doctrinali extenſiva, quam in ſpecie vocant, LLum interpretatione.

De Æquitate, in Statutorum interpretatione, maximoperè attendendâ.

Laudantur variæ, Reformationi Francofurtanæ conformia, Statuta.

Complures aliæ, Statuta legaliter interpretandi, Regulæ in auxilium vocantur.

LXIV.

In cauſa Arreſti, contra Filiam Debitoris, negantem ſe Patris ſui eſſe Heredem.

Quousque Judices, in Probatione ex officio injungenda, ſuas partes interponere debeant & valeant?

Arreſto, ob unum vel alterum Defectum, haud ſubſiſtente, Reus conventus non aliter litem conteſtari tenetur, quàm ſi coram Judice illo, ratione Domicilii, vel ex alia cauſa, forum ſortiatur.

De Requiſitis ad decernendum Arreſtum neceſſariis.

Examinatur Competentia Judicis ex capite Rei ſitæ.

De arreſtatione Nominum, quibus noſtri Debitoris Debitor eidem devinctus eſt.

Utrum univerſalis, in gradu excellentiori ità dicta, Hypotheca etiam Bona Heredum Debitoris afficiat?

Præcipuè ſi Debitor in inſtrumento Obligationis etiam expreſſam ſuorum Heredum mentionem injecerit; & ipſorum quoque Bona oppignoraverit:

Vel ſi Bona ab Heredibus, ex cauſa Hereditatis, ſint acquiſita.

An Hypotheca univerſalis etiam Bona feudalia, horumque Fructus, & Pretium ex Prædio feudali redactum complectatur?

De Obligatione, daß der Creditor Ihne / an allen Enden und Ohrten/ umb die Zahlung zubelangen macht haben ſolle.

In ejusmodi caſu, ubi Debitor ubicunque locorum ſoluturum ſe promiſit, quis Locus Contractûs cenſeri debeat?

An, & quatenùs Heres, in loco Domicilii, quod habuit Dominus, vel Contractûs ab illo celebrati, conveniri queat?

De Clauſula tabulis Inſtrumenti inſertâ: Daß der Creditor die eingeſetzte Unterpfänder/ an allen Enden und Ohrten anzugreiffen fug und macht haben ſolle / ejusque Effectibus.

De arreſtatione Bonorum Heredis, ob Æs alienum à Defuncto conflatum.

Ex poſſeſſione, vel diſtractione rerum hereditariarum quatenùs Animus pro herede gerendi colligatur?

De Præſumptione pro immediatorum Imperii Nobilium Filiabus militante, quòd ipſæ non ſint actuales ſuorum Parentum Heredes.

De juſta Cauſa decernendi Arreſti, nec non de Crediti probatione.

An reliqua legitimi Arreſti Requiſita modernis moribus ſint abrogata?

De

De instrumentorum Editione, ad informationnem Judicis, à Reo exigenda.

LXV.

De Divisione inter Matrem & Liberos ex priore matrimonio, & omnimodâ illorum, à facultatibus tùm præmortui Patris, tum superstitis Matris, Segregatione.

Utrum talis liberorum à Parentibus Segregatio in LLb. Romanis ullo modo fundata?

An eadem favorabilis, vel potiùs Odiosa censeri debeat?

Liberis ità segregatis nec Querela Nullitatis, nec Inofficiosi, nec aliud Remedium adversus Testamenta Parentum competit; sed ipsi planè pro Exheredatis, exclusis, & prorsùs extraneis reputantur.

Utrum talis Segregatio, in dubio, solummodò particularis, vel universalis censeri debeat?

Remissio Ususfructûs paterni à libero Parentis atquè illimitato arbitratu dependet.

Recensentur Argumenta, ex quibus colligitur, superstitem Matrem non solùm, Usufructu Paternorum remissô, illa inter sui primi matrimonii Liberos dividere; sed eosdem à se segregare voluisse.

Frustraneo juramento, vel loco juramenti faciendæ asseverationi aggravari debet nemo.

Parentes, quoad Liberos à se segregatos, habentur pro mortuis.

Liberi tales, ex Parentis, à quo ità segregati sunt, Hereditate, ne quidem in tantum, quidquam petere possunt, in quantum illa ex successione ipsorum Avi vel Aviæ crevit.

Referunter complura, huic Juri Franconico, de Liberis segregatis, consimilia Statuta.

De Nullitate talis Segregationis, ob non observatam, eidem à Principe præscriptam, Formam.

De Rescissione talis Segregationis, ex capite enormis Liberorum Læsionis.

Præsentia Cognatorum primi thori Liberorum an vices Tutorum in ordinatione Pactorum dotalium, ex præscripto Statuti adhibendorum, explere possit?

Reticentia notabilis alicujus circumstantiæ in supplice libello Rescriptum Principis ipso jure nullum reddit.

Causa erronea Principis Concessiones & Rescripta annullat.

Læsionis Liberorum, ejusdemque enormissimæ, plenissima Demonstratio.

Quomodo Statuta de tali rigidâ & proindè odiosâ Segregatione interpretanda?

Confessio Matris binubæ, defalsa sui secundi Mariti illatorum Quantitate, an dispositioni Legis 6. Cod. d. secund. nupt. subjaceat?

Quatenùs Beneficium in integrum Restitutionis Liberis adversus Parentes competat?

De variis Actionibus & Remediis Juris, tùm contra damnosam talem Segregationem, tùm & ad obtinendam Hereditatem competentibus.

Quatenùs Præscriptio, ad excludendam Nullitatis Querelam, & in integrum Restitutionis beneficium, adversus Minores, secundæ, & primæ Ætatis currat?

An in integrum Restitutio, ex capite probabilis & justæ Ignorantiæ, implorari queat?

De Juramento Manifestationis, à Matre binubâ, in gratiam Liberorum primi thori, præstando,

De

De præstatione hujus Juris jurandi, in casu non ritè confecti Inventarii, vel ob Suspiciones contra illud militantes; quales examinantur.

Urrum temporis Diuturnitas, & exindè profecta actorum oblivio ad recusandum juramentum manifestationis sufficiens Causa sit?

LXVI.

An, ex capite denegati Debiti conjugalis, Divortium conscienter decerni valeat?

De Divortio propter impotentiam, Matrimonium præcedentem; hujusdemque legitimâ Probatione.

An, ad denegationem Debiti conjugalis probandam, Parti actrici Iuramentum purgatorium deferri possit?

De dissolutione tùm Sponsalium de præsenti, tùm Matrimonii, ob implacabiles inimicitias.

An Matrimonium per Copulam Sacerdotalem perfectum; sed per Carnalem non consummatum, in Confess. August. Consistoriis, dissolvere fas sit?

Quid Catholici Doctores, de Pontificis potestate, hac in re, sentiant?

De Matrimonii per copulam Sacerdotalem perfecti; sed per carnalem non consummati, Effectibus, positivis, & negativis, pleniss imè dispicitur.

De variis Effectibus solius Matrimonii per Concubitum consummati propriis.

Quatenùs, oblatâ Cautione juratoriâ de non offendendo, Conjuges, quoad thorum & mensam separati, ad Cohabitationem rursùs adigi valeant? operosè discutitur.

De Separatione Cohabitationis, von Ehescheidung zu Tisch und zu Bett/ ob justum futuræ Sævitiæ metum.

An, decretâ hujusmodi Separatione, Conjux Conjugi sua Bona restituere teneatur?

Utrum Parti nocenti, in bonis in nocentis, Successio competat tùm ex testamento, tùmab intestato?

An Parti nocenti ab innocente, & vicissim ab hâc illi, debeantur Alimenta?

Factâ separatione quoad thorum & mensam an Pacta dotalia, alterius conjugis contrariâ voluntate, mutari valeant?

De Pactorum dotalium mixtorum & simplicium diversa natura & efficacia.

CON-

CONSILIUM LI.

SUMMARIA.

DE Partus undecimestris *Legitimitate penitior discussio.*

Vbi in specie hac Q. evolvitur: Vtrum Partus, ex stupro, *post* tercentesimum, tertio, *vel* quarto *die natus, in dubio legitimus censeri debeat?*

In computando tempore Partûs Menses solares, *seu civiles æquales attendi debent.*

Adduntur Rationes *tùm* Medicorum, *tùm* Jctorum, *ob quas undecimestris Partus non possit legitimus existimari.*

Præcipuè urgetur, & excutitur Nov. 39. cap. 2. *ubi Partus hujusmodi appellatur* mirabilis & impiissimus.

Recensentur diversæ DDrum sententiæ de Partu, post decimum mensem, 2do, tertio, quinto, imò decimo die nato.

Vtrum talis Puella, quæ sub initium mensis undecimi ex stupro partum edidit, ad Juramentum purgationis, *vel* suppletorium, *adigi debeat?*

J. N. D. N. J. C.

ALs die Herren die hiebey remittirende Acta, in der Imprægnations-Sach Mariæ Magdalenæ, Hannß Jacob Müllers / Schuchmachers / Tochter / mit beystand ihres Bruders / Hannß Philipp Müllers / als erbettenen Kriegsvogtens / A. an einem / entgegen und wider Andreas Hermann / gewesenen Herrschafft-Kieffer / R. am andern Theil / vor einiger Zeit an unser Collegium zuschickhen beliebet / haben wir nicht ermanglet / so bald es wegen anderer Geschäfften seyn können / dieselbe mit gezie-
2 mendem Fleiß zu durchlesen / und allerforderist circa processum hierbey zu erinnern vor nöthig befunden / daß / weilen die A. mit keinem von der Obrigkeit verglübdeten Kriegsvogt versehen ist / die Rechtliche Gebühr / in verglübdung ihres Bruders / noch ante sententiæ publicationem, beobachtet werden möchte. Demnächst haben wir per unanimia dahin geschlossen / daß zu dises Strittes erörterung nachstehende Sentenz außgefällt werden könne.

Urthel.

alles gethan hätte / was ein in talibus etiam accuratissimus & diligentissimus Patersamiliàs immer hätte thun können. Wann aber gleich dises in facto nicht zu verificiren stünde / so halte ich dennoch beständig darvor / daß die von disem Hauß / bey jedermänniglich / ja der gantzen Gemeinde gehabte Opinio, wie auch die 46
in den alten und neuen Haischbüchern der Geistlichen Verwaltung enthaltene Verzeichnus / daß hieobbesagter Zinß auch auß selbigem gehe / ad hunc effectum, daß Kläger dahero in einem justo & excusabili Errore gestanden / genugsamb sey:

Sicut enim illius, qui rem facti ignorat, su- 47
pina ignorantia ferenda non est; ità nec scrupulosa inquisitio exigenda; sed Scientia in quolibet eò modò æstimanda est, ut nec crassa Negligentia, vel nimia Securitas satis expedita sit, neq; etiam nimia exigatur Curiositas, habent aurea hanc in rem Ulpiani nostri verba, in L. 6 *ff. de I. & F. ignor.* ubi jungesis laudatos à B. Brunnemanno. Addat. L. *ex 3. in fin.* L. *9. §. 2. ff. d. tit.*

Et cùm Error in facto alieno commissus, 48
generaliter, à DDbus, pro justissimo reputetur; per *L. 1. ff. pro suo. L. 11. ff. pro emptor.* post Menochium & Fabrum, Andreas Cludius, *tract. de condict. indeb. cap. 10. num. 42.* ibi: *Error etiam in facto alieno dicitur justissimus.*

Ità quidem, ut, si quis ex Testamento, quod 49
valere putabat, aliquid solvat; deindè verò id non valere appareat, Condictio indebiti ei haud denegetur, hòc insuper habitò, quòd ipse non melius, seu majore cùm cura, in illius Testamenti nullitatem inquisiverit: tx. expr. in *L. 2. ff. d. condict. indeb.* Cludius, *d. tract. cap. 1. num. 13.*

Et, si quis, per laudum arbitri compromis- 50
sarii se damnatum existimans, aliquid solvat, hòc non obstante, quòd & ille in tenorem illius Laudi melius inquirere potuisset & debuisset, ab ipso solutum, ceu indebitum, itidem condici possit: tx. iterum disertus in *L. 26. §. 10. ff. d. condict. indeb.* Quare igitur in proposito diversum sectemur?

Und wañ wir die sach was genauer erwägen / 51
so finde ich keinen anstand / warumb in præsenti, in specie die / in similibus casibus sonst obtin zende / Condictio indebiti nicht solte fun-

dirt/und also der klagende Hannß Georg Lutz/ das/von Ihme/ an den Weissen/ per Errorem, und indebitè abgetrettene Hauß/ nach nunmehrig genugsamer explorir- und erkundigung dises Erroris, zu condiciren berechtiget seyn; wohlerwogen ja alle und jede Requisita, ad hanc Condictionem fundandam necessaria, indubitatò, sampt und sonders/
52 concurriren. Dann da stehet allerforderist extra omnem controversiam, und ist eben das jenige/ was vom Lutzen geklagt wird/ daß Er dises an Ihne/ justo & valido Emptionis titulo gekommene Hauß/ dem Beklagten/alß vermeintlich fundirtem Löser/ überlassen und abgetretten; mithin dessen Dominium auff denselben transferirt:

53 Id quod primum istius Actionis requisitum, ut nimirum, ad Condictionem certi fundandam, aliquid datum, vel Dominium in alterum translatum sit, notoriè constituit. §. 1. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* §. 6. *Inst. d. oblig. quæ quasi ex contr. arg.* §. 14. *Inst. de action.* L. ult. *ff. usufructuar. quemadm. cav.* L. 33. ibi: *Quia nihil accipientis facit.* L. 53. ibi: *Manent nummi Domini, eosq; non per Condictionem. ff. de condict. indeb.* B. Dn. Lauterbach. in *tract. synopt. tit. de condict. indeb.* §. 1. *num.* 4. Struv. *exerc. ad π. 18. th.* 31.

54 Es ligt/ zweittens/ an dem tag/ quòd ab Actore, Reo aliquid datum sit, tanquàm Debitum, seu ex Causa præteritâ & necessariâ; indem nemlich der Kläger/ öffters angezeigter massen/in der gäntzlichen/aber irrigen/ meinung gestanden/ alß ob auß disem Hauß ein mit anderen Häusern gemeinsamer Zinß zu der Geistlichen Verwaltung in Herrenberg gienge; consequenter Er deren/von dem Beklagten angemasseten/Zinßlosung statt zuthun obligirt sey:

55 In quô hujus Actionis Requisitum secundum non minùs notoria Jura constituunt. §. 1. ibi: *Qui* NB. solvendi animo. *Inst. quib. mod. re contrah. obligat.* L. 5. §. 3. ibi: *Magis* distrahendæ *obligationis animo. ff. de O & A.* Andr. Cludius, *tr. de condict. indeb. cap. 1. n. 91.* Bachov. ad Treutler. *vol. 1. Disp. 22. th. 6. lit. d. verb. An ei condictio.* & in *tract. de Action. Disp. 4. th. 16.* Dn. Lauterbach. *d. l. num* 5.

56 Daß aber/ fürs dritte/ eben dise Causa, wegen welcher der A. dises richtig an sich erkauffte Hauß dem Beklagten abgetretten und zukommen lassen/ falsch und gantz ungegründet/ consequenter dises Hauß Ihme Reo indebitè überlassen worden sey/ das erweiset/ quà facti, ipsa rei evidentia, und die/ nach vorgenommener Renovation der Verwaltung Lägerbuchs/ in demselben befundene wahrgrundtliche beschaffenheit totius hujus Causæ, daß nemlich dises Hauß keinem Censui communi, nothfolglich auch keinem censuali Retractui jemahlen subject gewesen.

Und daß also/ quà Juris, in præsenti ein simpliciter & absolutè ità dictum Indebitum, quod videlicet nullò Jure, nec Civili, nec Naturali, nec à solvente, sive Ædes, ex causa falsò prætensi Retractûs, tradente, neque Accipienti, ullo modo debebatur, an den Weissen überlassen worden/und mithin auch das dritte Requisitû mehrbesagter Action unverneinlich fundirt sey/ daran lässet widermahlen die mit diser Facti notorietate leicht combinirende notorietas Juris im geringsten nicht zweiflen. 57 58

Videatur L. 7. L. 41. *ff. de condict. indeb.* L. 9. *Cod. ad* L. *Falcid.* Lauterbach, *d. loc. num.* 6. Struv. *d. exerc. th.* 33.

So dann/ daß/ vor das vierte/ der klagende Lutz/ dises Hauß/ dem Bekl. per Ignorantiam, sive Errorem, eundemque circa Factum alienum commissum, & vel maximè probabilem, justum, ac tolerabilem, überlassen und abgetretten/ und also auch dises ultimum Requisitum, ad indebiti condictionem fundandam necessarium, quòd videlicet Solutum per ignorantiam sive Errorem solutum esse debeat, ità, ut Solvens, Causam debendi veram subesse, & se obligatum esse, existimaverit, & quidem Facti errore lapsus, seine richtigkeit habe/ das ligt ebener massen/ per ea, quæ suprà ex Jure & Facto sunt remonstrata, an dem heitteren tage. 59

Jungatur Lex 3. Lex 7. *Cod. d. condict. indeb.* L. 6. L. 10. *Cod. d. jur. & facti ignor.* L. 9. *Cod. ad* L. *Falcid.* Cludius, *de condict. indeb. cap. 1. n. 14. & sqq.* D. Lauterbach. *d. l. n. 13.*

Wabey nochmahls/ und insonderheit/ des Beklagten selbsteigene judicialis Confessio, daß nemlich so wohl der klagende Lutz selbsten/ alß sonsten männiglich in der gäntzlichen meinung/ daß das Hauß quæstionis einen mit den andern Häusern gemeinsamen Zinß alljährlich zuliefern habe/der ursachen/ in fleissiges bedenckhen zunemmen/ alldieweilen ex tali ipsius Adversarii, sive Accipientis confessione, dises letzte Requisitum, videlicet Error, fürnemlich probirt wird; juxta ea, quæ legimus apud Bechmannum, in *exercitat. exoter. ad Pand. tit. de condict. indeb. Obs. pract. 2. num. 100.* 60

Wiewohlen auch ohne dise Confession, dises letzte Requisitum, eô ipsô, pro satis & legaliter probato angenommen werden könte/ indeme die erronea hujus Traditionis sive Solutionis causa offenbahr und am Tage ligt. 61

Hôc namque ipsô, quòd Actor probat, Causam, ex quâ ipse solvit, fuisse falsam, seu dùm probat indebitum, etiam Error pro satis probato habetur; propterea, quòd nemo suum, sine ratione seu justa causa, præsumatur jactare. Mascard. *tr. d. probation. conclus. 637. num. 4.* Sichard. ad L. *1. num. 3. Cod. d. condict. indeb.* Andr. Cludius, *tr. de condict. indeb. cap. 10. num. 36. & sq.* Carpzov. *I. F. p. 2. C. 28. D. 21. n. 5.* 62

ibiq;

ibiq; in addition. Goswinus ab Esbach. Brunnemannus, ad L. *1. n. 19. Cod. d. condict. indeb.*

63 **Bey welcher beschaffenheit ich nochmahlen keiner andern meinung seyn kan / alß daß / wann anderst das jenige / so gleichbalden** de Præscriptione Quadragenariâ **angefügt werden solle / keine änderung bringt / in allweg nach des Klägers** petito **zusprechen / und dahero der Beklagte / ihme A. dises Hauß und Hofraithin wider einzuraumen von Rechts wegen schuldig wäre:**

64 **Waran auch Ihme Klägern nicht verhinderlich seyn mochte / daß Beklagter vorgeschützt / daß / wann dises Hauß** per hujus novennalis belli pericula, **in dem rauch auffgegangen wäre / Er Beklagter den Schaden hätte müssen erleiden / und der Lutz ihme nichts**

65 **wider gut gemacht hätte: Dañ / so wenig diser Einwurff /** quòd, si, Lite super jure retractûs pendente, res vendita casu fortuito periret, Retrahens Emptori, hoc nomine, nihil præstiturus sit, **den Löser an seinem** competirenden **Losungs-**

66 **Recht zuhindern vermag; so gar / daß / wann auch ein solches Hauß im rauch auffgangen / der jenige / welchem ein Losungs-Recht competirt / auch noch die lähre Brand-uñ Hofstatt an sich zulösen berechtiget ist / und dem Käuffer weiters nichts / alß das** Pretium Areæ, **zubezahlen von Rechtswegen angehalten werden kan:** per ea, quæ tradit Bocerus & Ayhin, in *Disp. de jure Retractuum, th. 62. & 63.* David Mevius, *part. 8. Decis. 149.*

67 **So wenig mag auch dise Einred /** in hujusmodi casu, **alß wir hier vor uns haben / dem Käuffer / wann Er das** ex Errore **an den Löser abgetrettene Hauß** repetirt **/ an diser seiner Forderung nachtheilig seyn.**

68 **So viel aber die / oben / ein und andermahl berührte** Præscriptionem Quadragenariam concernirt / **so erhellet** ex præmissa Facti Specie **so viel / daß der beklagte** Hieronymus **Weiß / zu seinem behuff / unter andern auch angeführt / daß der jährliche Zinß der zwey alten / und zwey jungen Hüner / auch 3. ß. 6. hlr. nicht nur auß seinem des** Rei **Weissen / und Hannß Schwartzen; sondern auch disem dritten Hauß /** wavon diß ohrts die Frage **ist / nunmehr vierzig Jahr her geraicht**

69 **worden sey. Wiewohlen nun dises des Bekl. angeben / durch den /** sub Nro 1. ad Acta **genommenen** Extractum **Kauffbuchs des Fleckhens Gärtringen /** probirt **zuseyn scheinet / indeme außtruckhlich darinnen gedacht wird / daß dises Hauß / sampt denen darauffstehenden Beschwehrden / an den Lutzen verkaufft worden; so kan ich doch solches / adistum effectum, nicht vor sufficient erachten / indeme auff disem Hauß auch noch andere Beschwehrden / und insonderheit**

70 **Schulden / gehafftet seyn können. Dafern aber der Beklagte zu rechtlichem bestand gleichwohlen** probiren **würde / daß nächstangemerckhter Zinß / alß Er sagt / vierzig Jahr / zum dritten / oder auch geringeren Theil / auß disem Hauß / in die Geistliche Verwaltung /** absque contradictione **des seeligen Völlnagels / und ohn unterbrochen / entrichtet worden; und es könte hingegen der klagende Lutz nicht gebührend erweisen / daß der beklagte** Hieronymus **Weiß** in malâ Fide, **dergestalten gewesen / daß Er entweder wohl gewust / daß mehrbesagter Zinß / allein auß seinem / und dem Schwartzischen Hauß gehe / und hingegen des Völlnagels Hauß und Hofraithin von demselben frey sey /** oder auch nur gezweifelt / ob des Völlnagels Hauß an demselbigẽ auch was zuleiden habe? so würde die sach eine gantz andere gestalt gewinnen; **wohlbetrachtet auff dise Weiß des Beklagten / und Hannß Schwartzen Hauß von disem Zinß / in so weit derselbe aus des Völlnagels Hauß / solche lange Zeit über / ohnunterbrochen / alljährlich geraicht worden /** per hunc ipsum longissimi Temporis lapsum, **befreyet / und hingegen das Völlnagelische / dißmals in** quæstione **versirende / Hauß / mit solchem Zinß /** pro ea parte, **so darauß geraicht worden / wahrhafftig beschwehret; wohlfolglich der Zinßlosung /** his omnibus suppositis, indubitatò **unterwürffig worden wäre; also / daß dises** Onus **auff demselben auch fürohin unverneinlich hafften würde / und dises dem erneuerten Lägerbuch der Verwaltung annoch** inseriret **werden müste.**

Nam quòd, per lapsum XL. annorum, sive Præscriptionem longissimi hujus temporis, etiam absque justo titulo, modò adsit bona Fides, etiam contra Pia Corpora, **dergleichen diß ohrts die Geistliche Verwaltung ist /** Res non saltem immobiles; sed & incorporales, seu in jure consistentes, & sic quoque totalis, vel partialis immunitas ab onere Censûs, multoque magis, per Consequentiam, hoc, ut alius alterius prædii possessor ei Censui, pro hac parte, obnoxius fiat, acquiri possint, vix videtur dubitandum; per ea, quæ legimus apud Carpzovium, *Jur. For. p. 2. C. 5. D. 1.*

Weilen aber dises alles / und was etwa noch weiter / zu behuff des beklagten und klagenden Theils / quoad ipsum hoc punctum, **insonderheit auch** ratione interruptæ hujus Præscriptionis, **vorgebracht werden möchte / bißanhero noch gar nicht untersucht worden; so ist auch nicht möglich / in diser Sach noch zur zeit eine** Definitiv **ergehen zulassen; sondern ich bin der meinung / daß forderist beyden Theilen ein gütlicher Vergleich / zu verhütung weitläufftigkeit /** omnib⁹ modis **einzurathen; in entstehung dessen aber nachstehender Bescheid oder** Interlocutori **denenselben zueröffnen.**

Bescheid.

76 In der Strittigkeit / sich haltend zwischen Hannß Georg Lutzen / A. an einem; so dann Hieronymo Weissen / R. am andern theil / wird hiemit forderist der gethane Beschluß ex officio rescindirt / und darauff zum Bescheid ertheilt: Wafern der Beklagte / innerhalb zweyer Monathen / so man ihme hiemit pro Termino anraumt / erweisen wird / daß die Innhabere des Völlnagelischen Hauses / einen theil an dem jährlichen / in die Geistl. Verwaltung zu Herrenberg gehenden Zinß / ohne widerred des Völlnagels / oder anderer vorheriger Innhabere seines Hauses / ohnunterbrochen / 40. Jahr lang / bezahlt; und hingegen Kläger Lutz / inner eben solcher Zeit der zweyen Monathen / durch Gezeugen / oder andern rechtmässigen beweißthumb / beybringen wird / daß die Innhabere deren andern beyden Häuser / entweder gewust / oder auch nur gezweiffelt / ob des Völlnagels Hauß / mit und neben Ihren Häusern in die Verwaltung zinßbar sey / daß solches alles rechtlicher Ordnung gemäß gehöret werden / auch Herr Statt-schreiber Nidermajer / zu einziehung solchen Beweises / zum Commissario verordnet seyn solle.

77 Dises / daß der bekl. Hieronymus Weiß / dem seeligen Völlnagel / und seinem Weib / die von dem Käuffer / Hannß Georg Lutzen / ad dies vitæ versprochene Wohnung nicht gehalten / mag nicht dahin würckhen / daß deßwegen Er Weiß seiner Losungs Gerechtigkeit verlustiget / und dahero dem Käuffer solches wider abzutretten schuldig worden seyn solte.

78 Quamvis enim certum sit, quòd in Retrahentem omnia onera transeant, quæ ipse Emptor in se susceperat, & ipse ad omnia, ad quæ Emptor obligatus fuit, pariter obligetur; ut cum Stephano Gratiano & Carolo Molinæo responderunt Bb. Dnni Antecessores, apud Besoldum, in *consil. Tubing. vol. 2. cons. 65. num. 61.*

79 Eo quòd utique conditio Venditoris, per Retractum, nullatenùs deterior fieri; sed eadem ipsi, à Retrahente, conditio, per omnia, præstari debeat, quam, Emptore rem retinente, ex contractu & Pactis cum illô initis, habiturus fuisset: Mevius, *part. 7. Dec. 73. n. 4. & 5.* Idem, ad *Jus Lubec. lib. 3. tit. 7. artic. 1. in addition. ad num. 73.* Richter. *Dec. 76 num. 133. & sqq.*

80 Attamen nulla, hôc nomine, si Retrahens Pacta illa non adimpleat & servet, Emptori, vel personalis, vel realis competit actio, quâ ipse, ad hoc, ut Judex declaret, Retrahentem suô jure eapropter excidisse, agere queat; sed tantùm Venditori personalis, ad hoc, ut Retrahens omnia, ab Emptore promissa, sibi pariter præstet, Actio competit. Dnni Antecessores, *d. consil. 65. num. 61.* ibi: *In retrahentem transeunt onera cuncta, ab eoque peti queunt* Personali actione die Zihler und Fristen / *& alia, ad quæ primus Emptor fuerat obligatus.* B. Dn. Frommann. in *Delineat. retractûs Wurtemberg. th. 95.*

81 Nemo enim suô jure, absque Lege expreßâ, privari debet. *L. 14. §. 14.* in verbis: *Non rectè facere; pœnam tamen in eum statutam non esse. ff. de religios.* Hieron. Pantschmann. *pract. Qq. part. 1. Q. 4. num. 25.* ex Barbatia, & Baldo, Barbosa locuplet. *lib. 9. cap. 95. axiom. 9.*

Welchem nach ich nochmahlen bey obigem verbleiben / und dises responsum, jedoch salvo Quorumcunque rectiore judicio, eigenhändig unterziehen / und mit meinem gewohnlichen Pettschafft verwahren sollen. Sign. Tübingen / den 29. Septembris, Anno 1697.

CONSILIUM LIII.

Summaria.

De jure Statûs Provincialis, daß Jemand in einem Chur- oder Fürstenthumb ein Land-Stand / und diser *Dignitati* anhängiger Privilegien fähig sey.

Vtrum sola in matriculam alicujus Provinciæ Nobilium receptio *qualitatem hanc* Statûs Provincialis *evincat & inferat?*

De variâ conditione Landsassiorum, Schrifftsassiorum & Ambtsassiorum.

De Oneribus & Criteriis Landsassiatûs.

De variis actibus, juris Statûs Provinciæ demonstrativis, *ad docendam ejusdem* quasi possessionem.

De Commodis possessionis *vel quasi.*

In negotiis, ubi ipse primævus Naturæ status possessori repugnat, *utrum ille nihilominùs in sua possessione manutenendus sit?*

Vtrum is, qui prætendit singularem Dignitatem, *vel se* Nobilem venditat, *non obstante illius quasi possessione, nihilominùs* eandem probare teneatur?

De

De Notorio.

Vtrum, quando primarius Principis Ministeer, *in ordinem Nobilium & Statuum Provinciæ, ab ipso Principe & Ordinibus recipitur, illô postea mortuô, hac receptio* ab Ordinibus, *cum effectu* impugnari *queat?*

Anne quasi Possessor singularis Dignitatis, *& in specie hujus juris, ut ipse pro Statu Provinciæ habeatur, ad ipsius hujus suæ Possessionis* titulum edendũ *adigi valeat?*

In causis fiscalibus, *& quoad* Regalia, *utrum quis titulum suæ Possessionis edere teneatur?*

Nobiles in quasi possessione suæ Dignitatis *per* utile interdictum uti possidetis *sunt defendendi.*

De negotiis & actibus, *ex quibus* Nobilitas probari *queat.*

An Qualitas, seu jus Statûs Provincialis, *per* Præscriptionem *adquiri possit?*

Affirmatur hoc de solâ immemorialis temporis *Præscriptione.*

An Nobilitas, Doctoralis, vel alia Dignitas *per* Præscriptionem *quæsibilis sit?*

An jus Statûs Imperii, *sive Immedietatis*, præscribendo, *acquiri queat?*

Vndè Qualitas seu jus Statûs Imperii, *itemque* Provinciæ, probari *possit?*

Vtrum hæc Qualitas ex Matriculâ Ordinum Imperii, *vel* Provinciæ, *satis probetur?*

Itemque ex jure Sessionis & Voti *in Comitiis Imperii, vel Conventibus Ordinum Provincialium?*

Nec non ex immediata Collectarum *Imperii, in* ejusdem ærarium, *illatione?*

Vndè ista Vocatio ad Comitia, *vel Conventus Ordinum Provincialium, & cætera mododicta* probari *possint?*

Ex solâ Dignitate primi Principis Ministri *non* probatur *Vis & Metus.*

Probatâ Potentiâ *non statim* Impressio *intelligitur probata.*

Metus reverentialis *ad rescissionem negotii, tanquàm metu extorti, regulariter haud sufficit.*

De metus purgatione *per* lapsum Temporis.

De Remediis, *ad* tuendam hanc Qualitatem *Statûs Provincialis competentibus.*

I. N. D. N. J. C.

1 DJe nachfolgende Siben Quæstiones haben wir Subsignirte / zur Juristen Facultät / bey der Fürstl. Würtemb. Universität Tübingen verordnete Decanus und andere Doctores, auff erhaltene freundl. requisition, in unserm deßwegen versammleten Collegio zu deliberiren keinen umbgang genommen / und uns folgender gedanckhen miteinander verglichen. Und zwar / als viel forderist

Die Erste Frag anlangt:

2 Ob der Tulliæ Erben / per solam in matriculam Nobilium receptionem, die qualität eines Landstands erlangt?

So nemmen wir zwar aus diser Quæstion wohl so viel ab / daß in derjenigen Provintz / oder Fürstenthumb / wariñen der Tulliæ Erben gesessen / keine immediati seu liberi Nobiles; 3 sondern lauter Mediati oder solche Edelleuthe sich auffhalten müssen / die dem Keyser und Reich nicht unmittelbahr unterworffen; sondern unter desselben Chur- oder Fürsten / in dessen territorio ihre Güther gelegen / territorial Jurisdiction, Sie / auch ihrer Personen halber / gehören und stehen / und mithin uno verbo der Tulliæ Erben communiter sic dicti Landsassii seyn müssen. Allermassen nun 4 bekant / daß in denen jenigen Germaniæ Provinciis & Territoriis, in quibus Landsassiatus viget, quæque vulgò Concluſa à Nostratibus appellantur,

Conferat. Myler. *d. Statib. Imper. cap. 89.* Besold. *de Ord. equestri, num. 6.* Leiser. *in dissert. de Ambtsass. & Schrifftsass. th. 23.*

Die Land- und Stättsassen (Jungat. Speidel. in *Spec. voc.* Landsassen) nicht einerley Condition seyn; indeme in allen / denen Sächsischen Fürsten unterworffenen / Provinzien / unter denen Ambtsassen / und Cantzley- oder Schrifftsassen / eine merckhliche Differenz 5 in disem waltet / quòd quidem Schrifftsassiis ipse Princeps, cui subsunt, immediatè imperitet; qui proindè hôc respectu, & relatione ad Principem ac Statum Imperii habitâ, cui illi, præter Imperatorem, subsunt, & in comparatione ad alios, qui etiam Principis Præfectis subjecti sunt, ferè immediati vocari possint;

ut non

ut non malè B. Dn. Assessor Mauritius, *de Nobilit. præprimis Germanica, th. 31.*

Ambtsassii verò etiam Toparchis, sive Prin-
6 cipis Præfectis atque Officialibus subjiciantur; prout pluribus id exequitur Wehnerus, in *Obs. pract. voc.* **Ambtsassen.** Ziegler. ad *Calvoli praxin aur. concl. 2. §. Schrifftsassii. ibique* citati. Dn. Mauritius, *cit. loc.*

7 **In andern Chur- und Fürstenthümbern aber/ alß in Oesterreich/ Beyern/ Pommern/ Meckhlenburg/ Hessen/ und anderen Ländern/ diser Unterscheid unter denen** nobilibus Landsassiis **nicht beobachtet wird**; advertente Mauritio, *d. th. 31. in fin.* ubi scribit, hanc Nobilium distinctionem, **in Ambtsassen und Schrifftsassen/** solâ fermè Saxoniâ contineri. Besoldo, in *Thes. pract. voc.* **Ambtsassen.** & in *voc.* **Schrifftsassen.** Knichen. *d. vestitur. paction. part. 2. cap. 5.* & B. Leisero, *d. dissert. th. 38.* ubi tamen eandem, ad exemplum Saxoniæ Provinciarum, etiam in adjacentibus ditionibus sensim introduci, addit:

8 **Und hingegen etwa andere** Differentiæ **oder** Distinctiones **unter denen** Landsassiis attendirt **werden**; juxta ea, quæ occurrunt apud Speidel. *d. voc.* **Landsassen.** ibi: *Inter hos variæ sunt differentiæ, secundum varias regionum Consuetudines.* Dn. Collegam, D. Schweder. *introduct. in Jus publ. part. special. sect. 2. cap. 19. §. 2.*

9 **Also ist auch** ex hâc ipsâ, inter Nobiles Landsassios, in diversis Ditionibus, diversâ & variâ conditione **nicht unschwehr zuermessen/ daß dise** Quæstion: **Ob die blosse** Receptio in matriculam Nobilium **auch die** qualität **eines Landstands** importire **und nach sich ziehe? sich mit einer** absolutâ & generali Decisione **nicht beantworten lasse; sondern/ bey derosselben** decidir- **und erörterung/ auff jedes Lands Herkommen** necessariò **gesehen werden müsse.**

10 **Es finden sich zwar bey denẽ Rechtslehrern/ die von diser Materi etwas geschriben/ wohl einige** vestigia, **daß dieselbe/** in genere, **von denen** Landsassiis, **auff disen schlag reden/ daß die Landsassen/ ihrem Landsfürsten/ in Geist- und Weltlichẽ unterworffen/ Erb- und Landshuldigung zu leisten verbunden/ auch demselbẽ in** civil- **und** criminal-**Sachen zu Gebott und Verbott stehen/ dessen Straffen sich untergeben/ Land-Steur und** Contribution **abstatten/ auff Landtägen erscheinen** &c. ex definitione Hippoliti à **Treißbach/** in *præfat.* **des unvorgreiffl. Bedenckhens/ der Freyen R. Ritterschafft Stand und** *Session* betr. §. **Also auch und wann.** & Dn. Mauritii, *de Nobilit. th. 30.* ibi: *Ut se sistat* **ad Provinciales Conventus.**

11 **So gar/ daß eben dises/** si Nobilis ad Comitia, vulgò **denen Landtägen/** à Principe vocatus compareat, inter Landsassiatûs indicia refert Andreas Gailius, in *tract. de arrest. cap. 7. num. 14.* & Jacobus Speidelius, *d. voc.* **Landsassen.** *vers. Landsassiatûs porrò indicia.*

So gewiß aber dises ist/ quod in Conven- 12
tibus Provincialibus necessaria Comparitio indicium Landsassiatûs involvat; **so zweiffelhafft ist hingegen dise andere** Quæstion: **Ob alle und jede** Nobiles Landsassii, vi & in consequentiam solius in matriculam nobilium Landsassiorum receptionis, **auch den** characterem **eines Landstandes/ jedes Ohrts/** acquiriren/ **also/ daß Sie nicht allein auff denen Landtägen/ auff erfordern/** compariren:

Id quod etiam de aliis, qui non sunt Status 13
Provinciales, procul dubio prædicari atque verificari potest; juxta ea, quæ in simili exhibet Strauch. *Dissert. exoter. 6. num. 19.* Autor **des Heyl. Reichs Grundvöste** *part. 1. cap. 5.*

sondern auch auff denselben Votum **und** 14
Sessionem **haben?** argum. eorum, quæ, cum proximè laudatis DDbus, tradit Dn. Collega noster, D. Schweder. *d. sect. 2. cap. 1. §. 5.*

Wannenhero/ uns von diser Frag kürtzlich 15
zu expediren/ die Tullische Erben allein auff dises zu sehen haben/ ob in dem Fürstenthumb/ worinnen Sie leben/ all die jenige Nobiles, **so der Ritterschaffe** Matricul incorporirt **seyn/ auch diser** qualität **eines Landstands** gaudiren/ **oder selbige nicht alle zu Landtägen beschriben werden/ und auff selbigen** Votum & Sessionem **haben? Da** in casu priori **wir nicht zweiflen wolten/ daß auch Ihre** Receptio in matriculam Nobilium, **Ihnen/ dise/ dem Adel-Stand in selbigem Fürstenthumb anhängige** Qualitatem **mit-zuwegengebracht hab/ daß Sie so wohl/ alß all übrige** Nobiles, **in die Zahl der Land-Stände ein und auffgenommen worden;** in dem lextern fall aber können 16
wir nicht absehen/ wie Sie/ ex hac sola in Classem Nobilium receptione, **ihre intention, auch** quoad hoc alterum, **zuerraichen vermöchten.**

Die zwaitte Quæstion:

Ob die Tullische **Erben nicht bey** 17
Ihrer possessione vel quasi **zuschützen?**

tragen wir kein bedenckhens mit Ja zubeantworten; in erwägung/ daß/ nachdeme/ laut Facti Speciei, **die Güther** quæstionis **der Ritterschafft/** Matricul incorporirt/ **und/** ratione **derselben/ in der Ritter-Anlaage/ ein gewisses** proportionirtes Simplum, **gleich andern von der Ritterschafft/ angesetzet/ es nicht allein bey lebzeiten Herrn** Caji, **und/ nach dessen ableiben/ seines Schwigersohns/ Herrn** Sempronii, **wie auch/ eine zeitlang/ dessen Wittib/ Frauen** Tulliæ, **und also/ allem ermessen nach/ über die 50. Jahr/ bey einziehung solchen** Simpli, **ohne Jemands dargegen gethane Einrede/ ungeändert gelassen/ und die Güther** quæstionis, **vor Ritter-Güther/ von gnädigster Herrschafft/ und löblicher Landschafft/ ohne widerrede**

18 derred erkant; sondern auch deren Innhabere/ nunmehr ultra Semiseculum, so wohl ad solennia Provinciæ Comitia, alß auch zu andern der Land-Stände Zusammenkünfften jedermahlen beruffen worden / auch auff selbigen
19 würckhlich erschienen; wohlfolglich biß acto in dises Juris & Characteris, daß Sie / wegen diser Güther / vor Land-Stände zuhalten / quasi possessione, biß auff die / erst novissimè, abseiten der Landschafft movirte Litem, absque ullà vel Statuum Provincialium, vel cujusquam alterius contradictione, vel turbatione, juxta ea, quæ colligimus ex Facti Specie, notoriè gestanden seynd.

20 Explorati verò juris est, quòd quilibet in sua possessione vel quasi eousque tuendus, atque manutenendus sit, donec ejus Adversarius contrarium jus ab ipso prætensum legitimè probet; ut inprimis patescit ex §. 4. ubi ità Imperator: *Commodum*, inquit, *possidendi in eo est, quòd, etiamsi ejus res non sit, qui possidet, si modò Actor non potuerit, suam esse, probare, Possessio in suo remaneat loco: Propter quam causam cùm obscura sunt utriusq; jura, contra Petitorem judicari solet. Inst. d. interdict.*

21 Semper enim pro quolibet Possessore vel quasi, etiam injusto, militat Præsumptio, quæ in ejus Adversarium onus contrarium probandi transfert, &, quoadusque hoc non probatur, Possessorem in sua possessione vel quasi defendi jubet. per txx. in *L. 128 d. R. Jur. L 9. §. 4. d. Publ. in R. A. L. 8. ff. d. cond. ob turp. caus. Cap. 3. x. d. probat.* præcipuè verò in *L. ult.* ubi ità Augusti: Res alienas possidens, licet
22 justam tenendi causam nullam habeat, **non, nisi suam intentionem implenti**, restituere cogitur. *Cod. d. rei vindicat.* & *L. 2.* ubi denuò Antoninus: Possessiones, quas ad te pertinere dicis, more judiciorum persequere. **Non enim Possessori incumbit necessitas probandi**, eas ad se pertinere: **cùm, Te in probatione cessante, Dominium apud eum remaneat.** *Cod. d. probation.* ubi jungesis Brunnemannum. post plures, Vinn. ad *d. §. 4. num. 3. Inst. d. interdict.* Joh. Christoph. de Vargas. Machuca, *Decis. 39. num. 25.* Menoch. *de adipisc. poss. Remed. 4. Q. 95. num 794.* Finckelthaus, *Obs. 70. num. 8.* ubi hanc peculiarem Possessionis vel quasi prærogativam esse, scribit.

23 Ex quo Nostri passim tradunt, quòd Possessor à sua possessione, verâ vel quasi, nunquàm arcendus sit, sive titulum ejus probare possit, sive non possit: Petr. Franciscus. Passerinus, *problem. legali 7. num. 395.* Michael Angelus Gizzius, ad *Hector. Capyc. Latron. Decis. Obs 77. num 9.* prolixe Posthius, *tr. de mandat. de manuten. Obs. 1.*

24 In tantum, ut ipse, ne quidem ab ipso rei Domino, sua possessione privari queat: Vincentius Brilla, in *Nomotheca Parthenop. seu promptuar Jur. Neapolit. tit. 16. cap. 1. num. 3.*

Neque Proprietatis seu Dominii exceptio, 25
neque etiam defectus Tituli seu causæ Possessionis mandatum de manutenendo impediat. Virgin. de Boccatiis, *de interd. uti possidet. cap 5. num. 7. & 2.* Joh. Paul. Melius, *Obs. for. 45. num. 24.* Flores Diez de Mena, *varr. Qq. lib. 1. Q. 10. num. 66.* Barnab. Cornazzan. *Decis. Rotæ Lucens. 49. num. 9.* post plures, quos laudat, Ludov. Posthius, *de mandat. de manuten. Obs. 42. num. 14.*

Ac proindè haud immeritò beatus à Nostris 26
dicatur, qui possidet. Yannez Parladorius, in *suis operib. de possess. moment. lib. 1. cap 9. num. 3.* Dn. Stryk. in *Dissert. de Necessit. edendi titulum suæ possess. cap. 1. num. 127. & sqq.*

Es scheinet zwar wohl / daß in proposito, 27
ex hac Ratione, **dise Regul nicht anschlage / alldieweilen in solchen sachen /** ubi ipse primævus Naturæ status possessori repugnat, **die** Possessio vel quasi **von der würckhung nicht ist /** ut ejusmodi præsumptio pro Possessore exindè nascatur: Cæsar Argelus, *tr. de acquir. possess. pag. 76. num. 26.* Hector Capyc. Latro, *Dec. 23. num. 13.*

Undè dicunt, quòd ille, qui singularem Di- 28
gnitatem prætendit, ad eandem probandam obstrictus sit; eo quòd factum aliquod, ad hoc, ut Titulus seu Dignitas aliqua huic vel illi conferatur, necessarium sit. Cùm enim, sub rerum mundanarum primordia, omnes Mortales æquales fuerint; ipso etiam Ulpiano id annotante in *L. 32. d. R. Jur.*

Ideò pro indubiâ Juris conclusione hoc pas- 29
sim venditant, quòd, si quis se Comitem, Baronem, vel Nobilem, & sic deinceps, profiteatur, ei necessitas hanc ipsam Dignitatem probandi, ex eo, incumbat, quòd illa Qualitas sit accidentalis & præter Naturam, ac proindè probanda; per ea, quæ tradit Philipp. Decius, *consil. 289. num. 8.* Roland. à Valle, *vol. 1. consil. 89. num. 24.*

Ità quidem, ut Nobilem, etiamsi existat in 30
quasi possessione Nobilitatis, tamen antequàm illam probet, in allegatâ quasi possessione Nobilitatis haud manutenendum pronunciet Vasquius, *controversiar. illustr. cap. 87.* Quò & pertinent, quæ tradit Josephus de Sesse, *tract. de inhibit. Arragon. cap. 50. §. 10. num. 83.* Julius Caponus, *disceptat. forens. tom. 1 Discept. 47.*

Welchem nach dann auch diß ohrts zusa- 31
gen zu seyn scheinet / daß / weilen auch die / denen Tullischen Erben angestammte Qualität / **in dem Fürstenthumb N. ein Landstand zuseyn / von gleicher beschaffenheit / daß nemlichen auch zu derselben** acquirirung **ein rechtmässiger** Titulus, **von Rechts wegen / nöthig / disem nach auch dieselbe sich Ihrer / obgleich fünffzig Jahr währender /** quasi Possession **mit bestand nicht** wahren **können: sondern Ihnen allerforderist solchen** Titulum **gebühr-**

32 lich zuerweisen obligе. Es dient aber hierauff zur beständigen Antwort / daß / weilen man diß ohrts in solchen terminis versiret / da der seelige Herr Cajus, und sein Schwigersohn / Herr Sempronius, auch Frau Tullia, und Dero nachgelassene Erben / in dises Characteris quasi possessione & exercitio, alß proximè angemerckht / per totius semisecuti spatium gestanden / und Sie inner solch langer Zeit zu allen / so wohl Provincialibus Comitiis, alß andern Landschafftlichen Zusammenkunfften / gleich übrigen Land-Ständen / beruffen worden: welches lauter solche Actus seyn / die / allem erachten nach / in dubiâ Notorietate bestehen; disem nach / unerachtet nächstbesagten Einwurffs / Sie Tullische Erben / bey Ihrer wohlhergebrachten quasi Possession durchauß zuschützen und zu manuteniren seyn.

33 Ità namque modò dictam Exceptionem DDres vulgò limitant, quòd, si plures Actus, vi ejusmodi Dignitatis, vel Qualitatis, exerciti fuerint, vel de evidenti Notorietate constet, (Notorium verò illud omne à DDbus appelletur, quod tantùm coram X. hominibus fit; ut communiter illi perhibent ad *L. Ea quidem. Cod. d. accusat.* annotante Barbosa, *axiom. lib. 12. cap 21. axiom. 3.*

34 Quanto magis ergò id pro notorio reputabitur, quod omnibus totius Provinciæ Ordinibus præsentibus actum, & quamplurimis, per aliquod Annorum decadas, actibus corroboratum fuit? vel denique non saltem quo quasi

35 Possessor; verùm etiam ejus Pater, & Avus in ejusmodi Qualitatis, ex. grat. Nobilitatis, & exindè competentis Libertatis à Collectis, quasi possessione longô tempore fuerint? tùm omninò ejusdem quasi Possessor in istâ suâ Possessione defendi atque manuteneri modis omnibus debeat; ut in terminis de illis Hispanorum Nobilibus, quos Hidalgos appellant, prolixè statuminat Ferdinandus Vasquius, *d.*

36 *controvers. 87. n. 18. & 19.* ubi scribit: Quòd, si is, qui se Nobilem ac Hidalgum dicit, sit in possessione vel quasi hujus Nobilitatis constitutus, à Populis, vel Fiscali, sit collectatus, & **super Proprietate hujus Nobilitatis seu Hidalguiæ** lis agatur, regulariter quidé ille in suâ quasi possessione Nobilitatis non tuendus; sed, lite pendente, collectandus sit: Veruntamen de illo, qui per Sententiæ declarationem, vel etiam per ipsam Nobilitatem, Nobilis est & reputatur; vel denique & tùm ipse, tùm ipsius Pater & Avus, in eôdem illô oppidô, in quo talis Lis vertitur, vel in alio convicino, vel non multùm distante, NB. **quasi Titulô & causâ Nobilitatis**, in quasi Possessione Exemptionis hucusque fuére, alia omnia dicenda sint, videlicet quòd ille in hâc suâ quasi possessione omninò tuendus sit; addens, hoc ita totius ferè Hispaniæ usu receptum esse. Jungatur ejusdem sententiæ patronus, Dn. Samuel Stryke, *d. Diss. cap. 4. num. 70. & 71.*

Und weilen zumahlen in casu præsenti die 37
Tullische Heredes, und Ihre Autores, alß schon öffters gemeldt / in diser Qualität / daß Sie Land-Stände seyen / quasi Possessione, nunmehr eine so lange Zeit / unverneinlich gestanden / so waltet so weniger zweiffel hiebey / daß Sie bey Ihrer / allschon 50. gantzer Jahr 38
rühig continuirten / quasi Possession ipsius hujus Juris seu Qualitatis, und / in krafft deroselben / bißanhero genossener Immunitatis à communiter incumbente publicâ sarcinâ sive onere Collectarum burgensaticis prædiis impom consuetô, nicht solten so lang und viel / biß Sie aus einigem zu Recht gültigen Fundament / ex albo Statuum Provincialium wider möchten gehobē werden / zu manuteniren seyn.

De quó ità laudatus Fernandus Vasquius: 39
Etiamsi, inquit, contra Possidentem, vel quasi, fundata sit intentio Juris, vel Juris præsumptio ei adversa sit; si tamen talis Possessor, vel quasi, habeat Titulum, vel, **citra Titulum**; cessante tamen malâ Fide, (Quæ in dubio haud præsumitur, præsertim in longissimi Temporis possessore; per tritissima Juris) **Diu, vel Tempore idoneô, arbitriô Judicis æstimandô**, in illa Possessione vel quasi fuerit, 40
tunc (insuper habitô *Capit. Ad decimas* x. *de restitut. spoliat. in 6.* & *Capit. Cùm persona 7.* in verbis: *Licet ordinariorum intentio de Jure communi fundetur, de privil. in 6.* ubi nempe hæc Brocardica, quòd Possessor, cui Jus Commune repugnat, in sua Possessione vel quasi haud debeat defendi, præcipuè fundatur) ille nihilosecius in suâ diutinâ Possessione vel quasi defendi debeat; sicq; istud brocardicum ad Possessionem, vel ex **Tituli interventu, vel idonei Temporis decursu legitimam** pertineat vel minimè. *d. controv. 87. num. 16. & sqq.*

Es dörffte zwar wohl die Landschafft hier- 41
nächst sich dises vermeinten asyli bedienen wollen / daß / umb willen so wohl Herr Sempronius, alß Cajus, vornehme Ministri bey Ihrer gnädigsten Herrschafft gewesen / Sie / die Landschafft / dahero Herrn Caji recipirung in der Land-Ständ Matricul zu widersprechen oder zu hindern weder herr noch gewalt gehabt / und Er / sub hoc ipso eminentis Dignitatis & Potentiæ clypeo, sich diser Qualität / ein Land-Stand zu seyn / und mithin dise Güther mit Steuren und Anlaagen / nur nach dem Ritterschafftlichen Simplo zuvertretten / mehr de facto, alß Jure, sich angemasset / consequenter dise seine / und seiner Successorum Possessio vel quasi keine legitima Possessio sey. Nächst dem aber / daß solche seine 42
Reception in Matriculam seu Ordinem Statuum Provincialium, juxta ea, quæ dicuntur in Facti Specie, mit gnädigster Herrschafft belieben und wissen / von löblr. Landschafft selbsten geschehen / und zwar nicht ohne ursach; sondern wegen sehr vieler bey der Herrschafft

und

und Landschafft gehabter Meritorum; so ist aus den haitteren Rechten bekant:

43 Quòd in dubio Vis & Metus præsumantur haudquaquàm; & quòd præcipuè Metus reverentialis, erga ipsummet Principem, nedùm ejus Ministrum, nisi Minæ, vel mores tyrannici accedant, vel Persona, hôc metu, ad aliquid in sui præjudicium gerendum impulsa, nimis meticulosa sit, nullum Juris effectum producere valeat; per notata Barbosæ, & complurium aliorum, quos ille allegat ad *L. 6. Cod. de his, quæ vi metúsve. caus.* Farinacii, in *fragm. lit. M. num. 118.* Brunnemanni, ad *d. L. 6 num. 6. Cod. d. tit.*

44 Quodque nullam Dignitatem cuiquam ad invidiam nocere oporteat; ac proindè ad Metum alicujus arguendum Senatoria vel alia Adversarii Dignitas sola non sit idonea. jx. tx. expr. in *d. L. 6. Cod. d. tit.* ubi vulgò Scribentes.

In der dritten Quæstion wird zu wissen verlangt:

45 **Ob der Tulliæ Erben** suæ Possessionis vel quasi Titulum **zu ediren gehalten?**

46 **Bey diser Frag hat es** primo intuitu **wohl einig ansehen / alß ob auff dieselbe mit Ja zuantworten / in betrachtung / daß / obschon sonsten die** Regula Juris notorie **dahin gehet:**

47 Quod nemo Titulum suæ possessionis allegare teneatur; *L. ult. d. acq. vel am. poss. L. 11. Cod. d. H. Pet. L. 73. d. rei vindic. §. 4. Inst. de interdict.*

48 Eo quòd nemo ipse arma, Actori, ad agendum contra se, subministrare, &, probationibus de suâ, ceu Rei, domo desumptis, Adversarium ipse adjuvare obstrictus; sed hoc ipsi naturali Æquitati adversum sit: *L. 4. Cod. d. edend. L. 7. Cod. d. testib. ibiq;* DDres. Brunnemann. ad *d. L. 11. Cod d. H. petit. num 1.* Christoph. Crespius à Valdaura, *Observ. illustr. tom. 2. Obs. 93 princip.* Ant. Perez. ad *tit. Cod. d. edend. num. 11.*

49 **Jedoch die Rechtslehrere von diser Regul nicht alleine in** causis Fisci pecuniariis **abgehē / und dagegen behaupten:** Quòd in talibus causis etiam Reus instrumenta sua, & consequenter suæ possessionis titulum, edere teneatur: per *L. 3. ff. de edend. L. 2. §. 1. & 2. de jur. fisc.* post Gail & Peregrin. Brunnemann. ad *d. L. 3. num. 1.* Klock. *d. contribut. cap. 19. num. 27.*

50 **Wie nicht weniger** circa jura, quæ vocamus, Regalia; de quibus Nostrates parirer concludunt, quòd Princeps, contra Subditos, ratione illorum, fundatam habeat intentionem, sic, ut ad Tituli editionem omnes adigi possint, &, si eundem edere recusent, Regalium quasi possessione, quam hucusque habuére, privari queant; post Matthæum de Afflictis, Rol. à Valle, *vol. 2. cons. 89 num. 24.* Gars. Mastrill. *de magistrat. lib. 3. cap. 2. num. 12. & 17.* Alvar. Valasc. *de jure emphyteut. Q. 8. num. 22.* Fulv. Pacianus, *de probation. lib. 1. cap 62* Fontanella, *de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. num. 43.*

Neque aliter Possessio ipsis restituatur, quàm 51
Titulô probatô. Ant. Faber, in *Cod. Sabaud. lib. 8. tit. 3. Def. 3. num. 5.* Mevius, *part. 1. Dec. 44. num. 5.*

Sondern / wann auch von Jemanden 52
singularis aliqua Dignitas prætendirt wird / die Rechtslehrere hin und wider / mit beysetzung modòdicti axiomatis: Quòd nemo titulum suæ possessionis edere teneatur, beständig erfordern / quòd ille, qui talem Dignitatem sibi vindicat, eandem probare, & consequenter suæ, in quâ constitutus est, quasi possessionis Titulum edere omninò teneatur: eo quòd (ut ad proximam Quæstionem notavimus) ad hoc, ut Titulus seu Dignitas illa alicui acquiratur, 53
Factum aliquod requiratur, illius videlicet, à quo illa proficisci vel alicui conferri debet & potest. Et cùm quasi Possessio ejusmodi Dignitatis illum principem alioquin sive palmarium Possessionis effectum, nempe Manutentionis, regulariter haud pariat; dùm, ex una- 54
nimi DDrum asserto, æquè ac illi omnes, contra quos Juris præsumptio militat, etiam illis, qui rem possident, quam de Jure communi, sine assensu Superioris, habere non possunt, ipsius assensum, & hôc ipsô suæ Possessionis vel quasi Titulum demonstrare incumbit; per *Cap. Contra morem. distinct. 100* & deducta Paciani, plures accumulantis, *de probat. lib. 1. cap. 61. num. 26 & 27.* Quare ultrò hinc sequitur, 55
quòd, quicunque singularem Dignitatem prætendit, & v. grat. sese Comitem, Baronem, Nobilem, Comitem Palatinum, Doctorem, Licentiatum, & sic deinceps, profitetur & venditat, ei Onus hanc ipsam Dignitatem probandi, adeoque suum Titulum, quô eandem acquisiverit, edendi, incumbat, juxta ea, quæ vulgò ex his Papiniani verbis: Quoties quæreretur, Genus, vel Gentem quis haberet, necne? **eum probare oportet.** in *L. 1. ff. d. probation.* Doctores flaruminant. Conferatur inprimis Dominus Strykius, *d. Dissert. de necessit edendi titulum possession. cap. 4. num. 69. & sqq.* post Afflictum, Pacianus, *de probation. lib. 2. cap. 36. num. 6.* ubi scribit, quòd dicenti, se Comitem, vel de genere Comitum, onus idem probandi ex eo incumbat, quòd ista Qualitas accidentalis, & præter naturam sit, quam ab illo, qui se, vel alium, talem dicit, probari oporteat; cùm ejusmodi Qualitates haud præsumantur. Andr. Barbatias, *vol. 2. cons. 57. num. 23. vers. Ad hoc respondeo.* ubi dicit, quòd asserenti, se esse illustrem, onus id ipsum probandi incumbat. Addantur, quæ porrò hanc in rem disseruntur à laudato Paciano, *de probat. lib. 2. cap. 37. n. 16.* 56
& 17. ubi tradit, quòd dicenti, se esse Baronem, vel de genere ac stirpe Baronum, onus hoc ipsum probandi incumbat; cùm ejusmodi Dignitates non proveniant nisi ex privilegio, vel

Successione, & proindè ab eo, qui privilegium vel successionem allegat, probari debeant; per *Cap. Cùm personæ. de privileg. in 6.* & tradd. Floriani, ad *L. 1. de probat.* addens, conclusionem hanc verissimam esse, tametsi Baro in possessio-
57 ne Baroniæ esset; eo quòd Baronia sit de genere illorum, quæ de Jure communi, sine prævio consensu Superioris, possideri non possunt, hincque ejus possessio ab onere probandi illius Consensum, cujus requiritur, haudquaquàm relevet.

58 Ex quô ità in specie de Nobilitate Andreas Tiraquellus: Cùm, ait, Nobilitas sit adventitia, quæ nobis non inest à natura, ideò non præsumitur, nisi probetur. per tx. in *L. Non ignorat. Cod. qui accus. non poss.* Et ità in specie voluit Baldus, ad *d. L. statim post princip.* ubi dicit, quòd quis præsumatur Popularis, nisi probetur Magnâs. Et ad *L. In actionibus. §. Planè. col. 1. in fin. ff. de in lit. jur.* ubi dicit, quòd quilibet præsumitur Popularis', sive Ignobilis. Ideò, qui se dicit Magnatem, sive nobilem, debet probare; quia ista Qualitas paucis inest, & ideò non præsumitur: Nec est prima Qualitas, quæ veniat â Natura; sed habet ortum ex accidentibus sibi, vel progenitoribus; & propterea, qui illam allegat, debet probare; per *L. 2. d. probat.* Et idem Baldus, & Martin. Laudensis, ad *Cap. 1. §. Si rusticus.* & ibi quoque Alvarot. & Card. Alexand. in *ver. Similes adversus.* & Matth. Afflict. in *1. notab tit. de pac. ten.* ubi dicunt per illũ tx. in verbis: *Probare possit*: quòd, qui Nobilitatem allegat, eam probare debet. &c. in *tract. d. Nobilit. cap. 10. num. 13.*

59 Quibus gemina tradit Ludovicus Posthius: Quantum, inquiens, ad Nobilitatem, neque probata fuit, neq; præsumitur, tanquàm Qualitas, quæ non venit à Natura; sed habet ortum ex accidentibus sibi vel progenitoribus: Ideò, qui illam allegat, debet probare. *Decis. 479. n. 3.* Didac. Covarruvias, *varr. resoll. lib. 1. cap. 16. num. 10.* Fulvius Pacianus, *de probation. lib. 2. cap. 26. §. 7.*

60 **Welchem allem nach auch diß ohrts es ein ansehen hat/ alß ob auch von seiten der** Tullischen **Erben die** editio Tituli, **wie und welcher gestalten Sie/ und Jhre in Gott seelig ruhende** Autores, **zu diser gleichmässigen** adventitia Qualitate, sive acquisititiâ Ordinis Provincialis Dignitate **gekommen? nicht** declinieret **werden könne.**

61 **Ungehindert aber dessen/ und was irgends noch weiters** allegirt **werden könte/ seynd wir/** salvô quorumvis aliorum judicio, **der beständigen meinung/ daß Sie** Tullische **Erben/** ad Titulum suæ quasi possessionis edendum, **von Rechts wegen nicht** adstringirt **werden mögen. Sintemahlen/ gleichwie von denen Rechtslehrern** communissimè **dahin geschlossen wird/** quòd etiam Possessores rerum fiscalium ad titulum suæ possessionis edendum, per
62 Regulam, haud obstricti sint; ut ex tx. *Legis 7. Cod. d. jure fisci.* benè colligit Stryk. *d. diss. cap. 3. num. 88.* Marius Giurba, *consil. 67. n 19.* Peregrin. *tr. de jure fisc. lib. 7. cap. 3. num. 10.*

Ex ex alio porrò textu, *Legis* nempe *25. ff.* 63
d. tit. æquè benè patescit, advertente Peregrino, *d. tit 3. num. 13.* ubi pariter hanc Regulam: Quòd etiam à Fisco conventus Possessor non cogatur docere titulum suæ possessionis; sed Fiscus actor suam intentionem implere teneatur, cum Angelo, Baldo, Alberto Bruno, Tiraquello & Corneo, benè & plenè probat. Addat. omninò Augustin. Barbosa, ad *L. 11. num. 6. Cod. d. H. petit.*

Undè etiam contra Fiscum, æquè ac contra 64
privatum, Manutentio datur. Posthius, *de mand. de manuten. Obs 14. num. 6.*

Neque quisquam contra Fiscum, pendente 65
Lite, suâ possessione privandus venit; sed finis litis est expectandus. Guido Papæ, *Dec 306.* Covarruv. *varr. resoll. lib. 1. cap. 16. num. 9.* Mevius, *part. 7. Dec. 224. num. 2.*

Non obstantibus superiùs adductis txx. in 66
L. 3. ff. d. edend. & *L. 2 §. 1. cum sq. ff. d. jur. fisc.* ad quas varias Interppr. responsiones inprimis videre est apud Bronchorst. *ἐναντιοφαν. centur. 2. assert. 94. vers. Verùm obstat.* Hieron. Cagnol. ad *L. 1. num. 65. Cod. d. edend.* Zæsium, ad *tit. π. de edendo, num. 15.* Wesembec. *consil. 181. num. 54.* Peregrin. *d. tit. 3. n. 15. vers. Ad istud objectum respondetur.*

Ja/ gleichwie viel Rechtslehrere auch in 67
genere **zugeben/** quòd etiam illi, qui se Nobiles, vel in aliâ Dignitate constitutos dicunt, in hac Nobilitatis, vel alterius Dignitatis quasi possessione defendi debeant, eóque nomine illis utili interdictô uti possidetis experiri permissum sit; Didac. Covarruv. *varr. resoll. lib 1. cap. 16. num. 12.* Vincent. de Franchis, *part. 1. Dec 90. num. 6.* ubi ità in Concilio Neapolitano **judicatum** recenset. Carpzov. *p. 2. C. 7. D. 11. num. 3.*

Insonderheit aber in ejusmodi casu, si ille, 68
qui iese Nobilem dicit, longo, vel planè longissimô tempore, in hac Nobilitatis quasi possessione se fuisse, probare queat; de quo ità signanter, & in terminis terminantibus de Nobilitatis quasi possessione, cujus vi Nobiles a **communiter** imponi consuetis **Collectis** se exemptos prætendunt, Fernandus Vasquius: Etiamsi, ait, Princeps habeat fundatam intentionem, de Jure, in re, aut causa, quâ de agitur, & in quâ Adversarius possessionem habebat; adhuc tamen non potest incipere à manuum injectione; nec potest etiam, ex privilegio fiscali, illum à suâ diutinâ possessione deturbare; ut ex **communi opinione** resolvunt Jason, in *prælud. feudor. num. 50.* Bartolus post Bartholom. à Barulo, quem ille allegat in *L. 1. Cod. d. conductor. prædior. fiscal.* Joh. de Platea, ad *L. 2. Cod. d. jur. emphyt.* Hostiens. ad *Cap. Dilectus. d. offic. ordinar.* quiid **contra Principes** notandum ait, **qui contra L. Legi.**

Cod.

Cod.d.H. petit. volunt, ut sibi Titulus ostendatur ab eo, qui est in possessione ejus
69 *rei, vel juris*, de quô agitur. **Nam contra jus ipsi esse contendunt, nec in Fisco quicquam esse speciale.** Idem tenet Franciscus Cardinalis *ibid. notab. 4.* & alii plures, quos refert Johannes Lupus, in *Cap. Per vestras. d. donat. int. V. & U.* Et sequitur novissimè Petrus Artius ab Otalora, in *suo tract. de Nobilit. Hispan. pag. 227. num. 7.* Guido Papæ, *Q. 366.* Nam & Fiscus ipse, in re dubiâ, utitur Jure communi, nisi peculiare privilegium in re, *vel* jure, de quô agitur, reperiatur habere &c. Ità Vasquius, *Qq. illustr. lib. 2. cap. 87. n. 13.*
70 Addat. omninò Ludov. Romanus, ad *d. L. In illa. num. 30. vers. Secunda, quòd ubi electus. ff. d. V. O.* Pacian. *d. lib. 2. cap. 26, num. 16.* ubi scribunt, quòd, si quis, tanquàm Nobilis, **longô tempore** serviverit, tunc pro Serviente præsumatur, ad onus probandi in Adversarium transferendum:

71 **Also tragen wir auch diß ohrts im geringsten keinen zweiffel / daß / in ansehung auch der** Tulliæ **Erben / nunmehr über 50. Jahr / mit wissen und willen so wohl des Landfürsten / alß löblicher Landschafft / in diser** Qualität **/ daß Sie Land-Stände seyen /** notoriè **gestanden / und bey allen so wohl** Provincial Comitiis, **alß andern Landschafftlichen Zusammenkunfften /** sub eôdem charactere, **jedermahleu sich eingefunden / und also diſe** adventitiam Qualitatem, per quamplurimos Actus, in Omnium oculis apertissimè exercitos, adeoque tùm ipsâ Notorietate, tùm & plusquàm longissimi Temporis decursu potenter suffultos, **établirt und begründet haben / Jhnen / erst nach so langer Zeit / die** editio **eines** Tituli **mit rechtlichem bestande nicht anzumuthen; sondern Sie in allweg / so lang und viel / biß Ein löbliche Landschafft Rechtsgebührend** probirt **/ daß Sie unter die Zahl der Land-Stände nicht gehören / bey Jhrer wohlhergebrachten** quasi Possession **zulassen seyen.**

Semper enim æquum visum, ut longissimi
72 Temporis possessione munitus, hâc solâ tutus, nullam Tituli rationem reddere debeat. per *L. 3. & 4. Cod. d. præscript. 30. vel 40. annor.* post Balbum, Phil. Andr. Burgoldens. *not. rer. Imper. Rom. German. part. 1. Disc. 26. pag. 467.*

73 Et quemadmodum in casu, quo aliquis ad Actus, ad quos non nisi Nobiles promoveri possunt, semel admissus fuit, illum posteà, ceu ignobilem, expellere volens Ignobilitatem probare tenetur; eo quòd pro admissi Nobilitate præsumptio militet, onus probationis in hunc ipsius Adversarium rejiciens; Ludov. Romanus, ad L. *In illa. num. 38. vers. Quarta potest esse. ff. d. V. O.* Fulv. Pacianus, *de probation. lib. 2. cap 26. num. 14.*

74 Ità etiam, si quis semel in Ordinem Ordinum alicujus Provinciæ, multoque magis, si quis toties, & per integrum Semi-Seculum, ad omnes Conventus admissus fuerit, indè pariter exurgens Præsumptio Juris à necessitate suum Titulum edendi eundem absolvet, & necessitatem probandi Contrarium in Adversarium illius rejiciet. arg. *Leg. 32. ad* L. *Aquil.*

Addantur Jura ad proximè præcedentem Quæstionem porrò exhibita.

Nach welchen juribus **es auch** in proposito 75
bey denen allkundigen brocardicis **zulassen:**

Quòd grave, & ab omni æquitatis ratione alienum, reputetur, ut quis suum Adversarium ipse juvare, eique arma adversus seipsum subministrare cogatur; L. *4. Cod. d. edend.* Hieron. de Oroz. *de apicib. Jur. Civ. lib. 4. cap. 9. num. 10.* Brunnemann. ad L. *11. C. d. hered. petit. num. 11* Christoph. Crespius de Valdaura, in *Obs. illustr. Decc. tom. 2. observ. 93. pr.*

Ut Probationes de domo ipsius Rei sumantur; L. *7. Cod. d. testib.* 76

Ut Reus, contra quem necdùm quicquam probatum, nihilominùs molestetur. Ludov. Romanus, *consil. 347.* Dn. Stryk. *de necessit. edendi titulum, cap. 1. num. 137.* 77

Titulum namque Possessionis edere & probare, Petitoris munus est, non Possessoris. Nec de Rei; sed Actoris jure in judicio disputandum; in tantum, ut Reus interrogationi, vel positioni de jure suo, & non ab ipsomet Actore prætenso, non cogatur respondere; per congesta Paciani, *de probation. lib. 1. cap. 61. num. 5. 6. & 7.* 78

Et rectissimè hîc quoque Statibus Provin- 79
cialibus illa juris ἀξιώματα: Quòd Actores jus agendi ex sua persona, non verò ex Rei jure, metiri debeant; & quòd Affirmanti, etiam tali in casu, si quis scilicet dicat: Possessorem sine causa aut titulo possidere, incumbat Probatio, à Tulliæ Heredibus objiciuntur. ex *L. fin. Cod. d. R. vindic.* Baldus, Castrensis & Salycetus, ad L. *11. Cod. d. hered. petit.* Fulvius Pacianus, *cit. loc.*

Bey der vierten Quæstion:

80

Ob der Tulliæ Erben nicht auch Præscriptione tuti?

Hat es zwar wohl / juxta proximè firmata, **einig ansehẽ / daß / bey so bewandter Sache / alß** in præmissâ Facti Specie **enthalten / auch diſe** Quæstion affirmativè **zu** decidiren: **wir seynd aber / nach reiffer diſer Frage erwägung / deren gäntzlichen meinung / daß** in adipiscendâ hâc ipsâ Qualitate, **daß Jemand** pro Statu alicujus Provinciæ **zu** agnosciren **/ keine andere** Præscriptio, quàm quæ hominum memoriam omninò excedit, **ichtwas zu** effectuiren **vermöge**; ex his ferè palmariis Decidendi Rationibus:

Quòd, primò, hæc ipsa eminentior Qua- 81
litas, ut quis Status alicujus Provinciæ sit, res

extra omne commercium posita, ac proindè nec ullatenùs (Nisi solam immemorialis Tem-
82 poris vetustatem excipias; De quâ tamen & ipsa videri potest Petrus de Andlo, *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 8.* Theodor. Reinkingk. *de Reg. secul. & eccles. lib. 1. class. 2. cap 9. n. 142.* Mynsing. *centur. 6. Obs. 28. num. 6. in fin.)* Præscriptibilis sit.

83 Certissima siquidem Juris regula est, quòd Res commercio civium exemptæ per Præscriptionem adquiri haud possint. per *L. 9. L. 45. ff. d. usurp. & usucap. L. 7. Cod. d. ingen. manumiss.* L. *3. Cod. d. long. temp. præscr. quæ pro libert. §. 1. Inst. d. usucap.* Struv. *exerc. ad π. 43. th. 9.* Pichard ad *§. 1. Inst. d. tit.* Nicol. Cisnerus, in *commentar. de jure usucapion. pag. nob. 55.*

84 Quæ traditio procul dubio in hoc quoque Juris publici articulo attendenda, cùm passim illud Domini Rhetii assertum, quòd Præscriptionum jura, penè eadem, quæ Jure communi tenent, in Jure quoque publico & inter Status Imperii observentur, ipsa rei evidentia & quotidiana firmet Experientia. *Institut. Jur. Publ. German. Rom. lib. 2. tit. 30. §. 1.*

85 Et quòd, 2dò, nemo talem Dignitatem à semetipso habere possit; sed eandem à Principe, & fortassis cum consensu cæterorum Provinciæ Statuum ac Ordinum, conferri oporteat: ut in simili Pacianus, *de probation. lib. 2. cap. 26. num. 35.*

86 Adde, quòd, 3tiò, Nostri passim perhibeant, quòd, si quis etiam longissimo tempore, se, pro Nobili, Doctore, vel alterius dignitatis personâ gesserit; ipse tamen usque adeò hujusmodi Dignitatem haud præscripsisse adstrui possit, ut potiùs ob ipsam talis Tituli, Honoris, vel Dignitatis usurpationem, in Crimen falsi incidisse censeatur; per tx. in *L. 27. §. fin.* in verbis: *Qui se pro milite gessit, vel illicitis insignibus usus est, pro admissi qualitate gravissimè puniendus est. ff. ad L. Cornel. de fals.* Henric. Gebhard. *de usucapion. cap. 1. num. 9.* Bonus de Curtili, *tract. de Nobilit. part. 6 princip.* Fulv. Pacianus, *de probat. lib. 2. cap. 26. num. 26.* Cancerius, *varr. resoll. lib. 2. tit. 2. num. 253.* Garsias Mastrillus, *tr. de magistratib. lib. 3. cap. 10. num. 93.*

87 Ex quo ità in simili Albericus de Rosate: Dignitates, respondet, & Nobilitates procedunt à Principe; per *principium Legis 13. ff. d. Decurion.* Sed quid si quis stetit in possessione alicujus Digritatis per XL. annos, nunquid præscribet? Videtur, quòd Non. ad *d. L. 13. ff. d. tit.*

88 Et Andr. Tiraquellus: Nobilitas, ait, non præsumitur ex usu & quasi possessione, nisi tanti temporis, cujus initii non extat memoria. Sicut enim Legitimitas seu Ingenuitas, quæ vetuti quædam Nobilitas est, non præscribitur, juxta Glossam, in L. *Nemo. ff. d. usurp. & usucap.* ità nec Nobilitas. in *suo tract. de Nobilit. cap. 14. n. 1. & 5.* Francisc. Ripa, *lib. 2. Resp 126.* post Bartolum, Pacianus, *d. cap. 26. num. 37.* ubi dicit, quòd, si quis mille annis, plenus omnibus virtutibus, viveret, & Princeps eum summè diligeret; tamen Plebejus remaneret, donec in eum transferatur aliqua Dignitas vel Nobilitas, per quam à plebejis distinguatur; addens tamen in sequentibus, quòd aliud dicendum sit de Præscriptione immemoriali, cum Tiraquello, *cit. loc.*

Wie nun auch in dem heyligen Römischen Reich Teutscher Nation **niemand leichtlich behaupten wird:** 89

Quòd jus immedietatis, sive immediati Imperii Status character & Dignitas, per Præscriptionem adquiri valeat: Eo quòd ad hanc ipsam dignitatem obtinendam, Statumque Imperii efficiendum, autoritas Imperatoris requiratur, imò nec illa sola sufficiens sit; sed Procerũ Imperii, præcipuè vero illius Concilii, cui aliquis jungendus, specificũ Consensum adhiberi oporteat; **Reichs Absch. zu Augspurg/** de Anno 1548. **§. Nachdem auch etlicher. 76.** ibi: **So haben wir uns mit den Gemeinen Ständen einer meinung verglichen / wie es mit deren jeden künfftig gehalten werden solle.** Capitulat. Leopold. *art. 44.* ibi: **Wider dero selben willen auffgetrungen.** Limnæus, *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. num. 79.* Dn. Rhetius, *Jur. publ. lib. 1. tit. 15. pag. 244. ibiq;* noviss. Dn. Schilter. in *prælect.* ubi scribit, potestatem Statum Imperii constituendi effective penes totum residere Imperium. Myler. ab **Ehrenbach/** *de Statib. Imper. part. 1. cap. 10. §. 5.* Dn. Collega noster, D. Schweder. *introduct. in Jus publ. part. special. sect. 2. cap. 1. §. 4.*

Præterquàm, quòd etiam de Præscriptione, 90
cujus initii memoria non extat, hoc ipsum, quòd per illam Immedietas acquiratur, enunciet Magerus, *tract. de Advocat. armat. cap. 6. num. 35. & sq.* post Colerum, Knipschildius, *de jurib. Civitat. Imperial. lib. 1. cap. 12. num. 34.* argum. **Reichs-Abschieds/** de Anno 1548. **§. Und soll Unser Keyserlich. 64.** & **§. Wann auch 56.**

Et ex eo, quòd Præscriptio immemorialis 91
vim Privilegii ex certa causa concessi habeat, sive vim specialis, à Principe factæ, Concessionis, Titulique legitimè & validè acquisiti. per ea, quæ *d. l.* addit Knipschildius; & in aliis urget Dn. Rhetius, *Jur. Publ. lib. 2. tit. 16. §. 4.*

Also waltet kein zweiffel / daß auch de qua- 92
litate, quâ de hîc quærimus, seu dignitate Statûs Provincialis, ob Rationis similitudinem, **ein gleiches** judicium **zu fällen sey / und dahero wohl dises:** Quòd ex longissimi Temporis quasi possessione, tot notoriis atque publicis actibus corroboratâ, Principis assensus, tùm & Ordinum comprobatio rectè quidem præsumatur; donec scilicet Contrarium à Contradicentibus legaliter probetur: Sed tamen hæc

Qua-

Qualitas, character seu dignitas, ex solô, longissimi licet temporis lapsu, seu per Præscriptionem alterius temporis, quàm hominum memoriam egredientis, haud acquiratur.

Die Fünffte Quæstion ist dises tenôrs:

92 **Ob die Tullische Erben nicht daher/** quòd semel fuerint recepti, vocatique ad Comitia provincialia comparuerint, & præstanda, instar aliorum Nobilium, præstiterint, pro Statibus Provincialibus **zuhalten / und so wohl** in Petitorio, **alß** Possessorio **fundiret seyen?**

93 **Welche Frage wir** affirmativè **zu** decidiren/ **der ursachen/ kein bedenckhens tragen/ alldieweilen** in simili **niemand unbekant ist / daß auch** in illâ eminentiori, **Statûs Imperii,** dignitate probanda, **eben solche Beweißthümmer** sive Probationes, communi DDrum suffragio admittirt **werden.**

94 Quòd enim ad Statûs qualitatem probandam, hæc Tria, Si, Primò, matriculæ Imperii quis probetur adscriptus; 2dò Votum & Sessionem in Comitiis habeat; 3tiò indictiones & Collectas Imperii, pro suâ rata, immediatè, ad Ipsius Imperii ærarium contribuat, à quamplurimis approbata traditio est. Videat. inprimis Hermannus Hermes, in *fascic. Jur. Publ. cap. 5. Q. 1. num. 8. & sqq.*

95 Et quantum ad Primum membrum, hoc, quòd qualitas Statûs sive Immedietatis ex Matricula Imperii liquidò evincatur, usque adeò pro certo haud postremi subsellii DDres existimant, ut etiam solam inscriptionem in matriculam Imperii pro indubitatâ istius Dignitatis notâ deprædicet Johannes Limnæus, *Jur. Publ. lib. 1. cap. 7. n. 86. & præcipuè n. 91.*

96 Hincque indubitatum dicat Philippus Knipschildius, illos Status & Imperio immediatè subjectos esse, qui in albo seu matricula Imperii continentur, & in eâ certum censum, sive certam pecuniæ summam, vel militum numerum sibi adsignatum habent, *d. jurib. Civitat. Imperial. lib. 1. cap. 12. num. 4.*

97 Ac proindè non saltem Andr. Gailius Imperii Statum ex eo definiat, quòd sit talis, qui Cæsaris ac Procerum consensu, in album, matricem, seu matriculam Imperii, eâ lege, refertur, ut Imperio, occurrente Necessitate, certum censum in matricula expressum pensitet, vel subsidium militare præstet; *lib. 1. Obs. 21. n. 2.*

98 Sed & alii plerique, saltem hactenùs, Gailium secuti fuerint, ut hanc ipsam in Matriculam relationem, facultati seu juri in Comitiis Imperii suffragium ferendi addendam censuerint, hincque Statum Imperii ità definiant, quòd sit immediatus Imperii Civis, in matriculam Imperii communi Cæsaris atque Procerum Imperii consensu receptus, ut Cæsari, in Comitiis de publicâ utilitate proponenti, suo consilio & suffragio assistat; ut videre est apud Cancellar. Schüz. *Jur. Publ. vol. 1. D. 6. th. 2.* Myler. *d. Statib. Imp. cap. 11.* Becker. *lib 3. cap. 2. num. 2. 5. 6.* Paurmeister. Knichen. Wehner. Stephani, aliosque complures, quos recenset Knipschildius, *d. tract. lib. 2. cap. 1. num. 18.*

Sicut enim Matricula probat aliquem Studiosum, Mercatorem, Notarium, Militem, Nobilem, & sic deinceps; ità illam hoc quoque, quòd quis immediatus Imperii Subditus, sive Status sit, probare, contendunt Clutenius, in *syllog. rer. quotidian. concluss. 27. lit. C.* Autor Apolog. Colmarienss. *membr. 3. fol. 150. lit. C.* Vietor, *de caus. exemption. concluss. 40.* Mager, *de Advocat. armat. cap. 6. num. 146.* aliique quamplurimi, quos prolixo catalogo enumerat Knipschild. *d. tract. lib. 1. cap. 12. num. 5. & sqq.* 99

Und **wiewohl viele andere dises nicht ohne ursach** impugniren **und anfechten**; eo quòd non solùm in Comitiis Augustanis de Anno 1548. Status, magnum eorum, quos ex correctiore, Anno Seculi prioris 21. in Comitiis Wormatiensibus, adornatâ Matriculâ, eximendos putarunt, catalogum exhibuerint; verùm etiam in variis subsecutis Recessibus adhuc de Locô, quô à pristinis defectibus expurgatior Matricula conficeretur, multoties actum fuit, ut in Rec. de Anno 1570. & de Anno 1576. §. **Demnach wir ferner.** *83.* ac proindè Matriculam infallibile argumentum, quod contrariâ probatione everti nequeat, haud subministrare rectè adstruat B. Dn. Assessor Mauritius, in *Diss. de matricula Imper. num. 20. cum sqq. & num. 31. cum sqq.* 100

Tamen hoc nemo facilè in dubium vocaverit, quòd matriculæ insertus pro immediato Imperii Statu tamdiu habendus sit, quoadusque contrarium legitimè probetur, ità, ut difficillimum hoc ipsum probandi Onus in illius Adversarium rejiciatur. argum. *Leg. 3. Cod. d. agentib. in reb. Leg. 13. Cod. d. Advoc. diversi. judic.* Meichsner. *Deciss. Cameralium tom. 3. Vot. 6. num. 9. & sq.* Stephani, *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 4. num. 36.* Vietor, *d. concluss. 40.* Höping. *de jure insign. cap. 15. num. 27.* Klock. *d. contribut. cap. 19. num. 59. & sq.* Knipschild. *d. lib. 1. cap. 12. num. 6.* Hermes, *d. Q. 1. n. 8.* 101

Bey dem andern membro **aber gehet** (**ausser dem einigen/** quantum nobis hucusque videre licuit, Johanne Limnæo, *Jur. Publ. tom. 1. in addit. ad lib. 1. cap. 7. num. 96. circa fin.*) ubi Votum & Sessionem in Comitiis, salvâ Statûs essentiâ, æquè benè abesse, quàm adesse posse, adstruit) **aller anderer Rechtslehrere** conclusum **dahin/** quòd **Jus Sessionis & Suffragii in Comitiis** essentiale Statuum Imperii constitutivum constituat, ità nempe, ut, si quis 102 103

si quis probare possit, se ad publica Imperii Comitia vocatum, in illis etiam comparuisse, votumque in iis & sessionem habuisse, dubitare haud liceat, quin propriâ verorum & immediatorum Imperii Civium notâ characteristicâ, atque adeò verorum Ordinum & Statuum radiis coruscet. per Recess. Imper. de Anno 1548. §. Wann auch ein. ibi: Nicht **Stimm- und Stand in Reichs-Versammlungen hat.** Rec. Imp. de Anno 1500. §. **Wie die Irrung der** Session &c. ibi: **Daß alle und jede Stände des Reichs / was Würde / Stands / oder Wesens die seyen / so der Session oder Standes halben.** Rec. d. Ao. 1548 §. **Alß sich auch.** &c. de Anno 1559. §. **Alß sich dann.** &c. d. Anno 1576. §. **Ferner und zum** 104 **sibenden.** Autor des **gründtlichen Berichts von der Statt Brehmen Beruffung auff den Reichstag zu Regenspurg** *fol. 9.* Addat. Instrum. Pacis Westphal. *artic. 8. §. 2.* in verbis: *Gaudeant sine contradictione jure Suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii.* Autor Apolog. Colmarienſ. *membr. 3. fol. 150. lit. a.* Ludolph. Hugo, *de Stat. Region. German. cap. 4. §. 12.* Maurit. *de Matricula, §. 19.* Hermes, *d. Q. 1 num. 12.* Conring. *de Civit. Imp. Germ. §. 6.* Burgoldenſ. *notit. Imp. part. 1. Diss. 18. num. 8.* Knipschild. *d. cap. 12. num. 21.* Dn. Collega D. Schweder. *d. cap. 1.* 105 *§. 3.* ubi dicit, hoc Jus Sessionis & suffragii verorum Imperii Romano-Germanici Civium formam internam esse, atque adeò unicè verorum Statuum essentiam constituere, ut nunquàm ab illis abesse possit, sic, ut rectè ex laudato Imper. Rec. de Anno 1548. §. **Wann auch ein.** &c. arguatur: **Welcher Stimm- und Stand in Reichs-Versammlungen hat / der ist ein Reichs-Stand.**

106 **So dann daß /** 3tiò, in probandâ hâc Statûs Imperii Dignitate, **auch diſes kein geringes** argumentum **außmache /** quòd quis **indictiones & Collectas Imperii,** pro sua rata, **ad Imperii ærarium immediatè** contribuat, **das erhellet nicht** unclar ex sæpiùs laudato Imperii Recessu de Anno 1548. §. **Wañ auch ein außgezogener.** ibi: **Daß Er je in Menschen Gedächtnus in des Reichs gemeinen und nicht** privilegirten **Hülffen** contribuirt / **oder einen Anschlag gerichtet und bezahlet habe.** Knichen. *de jur. territor. cap. 3. num. 209. & sq.* Klock. *de contribut. cap. 20. num. 162.* Mager. *de Advocat. armat. cap. 6. num. 150.* post plures alios, quos exhibet, Knipschild. *d. cap. 12. num. 66.* Adde tamen, quæ hîc in contrarium adfert Dn. Schweder. *d. cap. 1. §. 8.*

107 **Wann nun die bißanhero angeführte** Requisita, **auch** in sublimiori atque eminentiori illâ Statuum Imperii dignitate probandâ, **vor** sufficient **erachtet werden: warumb solte dann nicht auch** in casu præsenti **diſe** longe inferior seu minor Dignitas Statûs Provincialis, **auß gleichmässigen** notis characteristicis, **da so wohlen Frau** Tullia, **alß Ihr seeliger Eheherr / wie ingleichem auch Ihr Herr Vatter /** per plusquàm longissimi Temporis spatium, **in diſer** Qualität **unperturbirter und** quietâ possessione vel quasi **gestanden / der** Matriculæ Nobilium incorporirt / **zu allen / in diſer so langer Zeit / gehaltenen** Land Tägen / **und übrigen** Conventibus Provincialibus, **von dem Landes-Fürsten / neben andern / vocirt / auch auff selbigen** Sessionem **und** Votum **geführt;** 108 **zumahlen die jedesmahls auff solchen** Conventibus, **von den samptlichen Land-Ständen eingewilligte** Collectas, pro sua rata, **auff gleicheweiß / alß die andere Stände / zur Landschafftlichen** Casſa **eingeliffert und bezahlt haben;** 108 **und diſes alles** (so viel wir auß deren an uns überschickhten Facti Specie **hiervon** erlernen und abnemmen können) **durch die / jedesmahls erhaltene / Fürstliche** Convocations-**Schreiben / wie auch Ihre / bey denen Landtags Abschieden / und andern** Documentis **befindtliche Unterschrifften / und mehr andere Verhandlungen /** atque adeò per plures ejusmodi Actus, qui citra jus & nomen Statûs provincialis fieri haud potuissent, **genugsamb** verificiren können / **mit rechtlichem bestand mögen** asseverirt **werden?**

109 Quod enim, à Nostris, in Statûs Imperii Qualitate probandâ, denuò liberaliter & communiter admittitur, quòd, si quis per literas Imperatoris, debitè insinuatas, sui Vocationem ad Comitia Imperii, & præterea Sessionem ac Votum in illis, per Recessuum Imperii subscriptionem, probare valeat, hæc ipsa notoriam faciant probationem; Hermannus Hermes, *d. Q. 1. num. 13.* Knipschild. *d. cap. 12. num. 21.* Autor Apolog. Colmarienſ. *pag. 156 lit. X.*

110 Idem dubio procul, ad hanc eqeidem minorem, Statûs Provincialis, qualitatem probandam, admittetur rectissimè: ex quo vel tyronibus, imò etiam omnibus communi ratione pollentibus constat, quòd identitas Rationis causetur juris identitatem; &, quæ Ratione non probantur differre, juris dispositione nullatenùs differant. per tradd. Argeli, *de legit. contradict. Q. 10. art. 8. n. 115.* Mar. Antonini, *varr. resoll. lib. 3. Resol. 39. num. 1.* Trentacinquii, *varr. resoll. lib. 1. tit. de Statut. resol. 1. num. 2. vers. primò.* Perezii de Lara, *de Capellan. lib. 1. cap. 5. num. 24.*

Die Sechste Quæstion: 111

Ob das jenige / so an seiten der Landschafft dagegen eingewandt / zu Recht erheblich oder nicht?

112 resolviren wir dahin / daß diſer / ab seiten Einer löbl. Landschafft / allegirte Vorwand / daß so wohlen Herr Cajus, alß Herr Sempronius,

nius, **vornehme und in hohen** chargen **gestandene Männer / auch von grosser** autorität **gewesen seyen / welchen man nicht zuwider seyn / oder Ihrer Einverleibung und** reception in matriculam Nobilium atq; Ordinum Provinciæ **nicht** contradiciren **dörffen / die Tullische Erben von Ihrer wohlhergebrachten** quasi Possession, **so schlechter dinge / und ehe die Landschafft Rechtsgebührend erweise / daß Herr** Cajus **sich selbsten** / absque Principis & Statuum Provinciæ assensu, **in dise** Qualität / **ein Land-Stand zu seyn / aigenmächtig eingetrungen /**
113 **zu** deturbiren / **nicht zu raichlich sey: wohlbetrachtet / daß** in Facto notabiliter **gesagt wird / daß mehrwohlgedachte Landschafft dise** Receptionem **Sein des Herrn** Caji **selbst** placitirt / **nach desselben ableiben / seinen Schwigersohn Herrn** Sempronium in pariter quietâ hujusdem Juris possessione; **ja / noch** post hujus obitum, **auch seine Frau Wittib / die wohlseelige Frau** Tulliam, **anfangs ebenfalls ruhig dabey gelassen / und dieselbe so wohl** ad solennia omnium Ordinum Provincialium Comitia **alß auch zu andern der Land-Stände Zusammenkunfften /** absque Contradictione, **beruffen /**
114 **und denselben beywohnen lassen.**

So gewiß aber / Primò **und allerforderist / dises ist:** Quòd, **ex solâ Dignitate contrahentium, aliqua** Violentia haud probetur; per rotundum & specificum hanc in rem textum in *jam supracit. L. 6. Cod. de his, quæ vi metusve caus.* ubi ità ipsi Principes: **Ad invidiam,** rescribunt, **alicui nocere nullam Dignitatem oportet.** Undè intelligis, quòd, **ad Metum arguendum, per quem** dicis initum esse contractum, **Senatoria Dignitas Adversarii tui sola non** est idonea.

115 **So gewiß /** pro 2do, **bey denen Rechtslehrern auch dises gehalten wird:** Quòd etiam ex solâ **Contrahenris Potentiâ** Metus neutiquàm probetur; nec, probatâ Potentiâ, statim etiam impressio probata censenda sit; per *L. fin. Cod. d. tit.* ex quâ istud Plerique liquere existimant; cùm in illa, tùm demùm negotia vi metuque contracta infirmanda, dicatur, quando illa **per Potentiam NB. extorta** sunt, ut adeò sola alterius **Potentia** haudquaquàm sufficiat; verùm etiam **Extorsio,** quæ Vim adsignificat, necessaria sit; advertente Barbosa, ad *d. L. ult. num. 3.* Brunnemanno, ad *eand. L.* Sanchez. *de matrimon. lib. 4 Disp. 7. num. 1.* Joh. del Castillo, *quotidian. controv. lib. 4. cap. 1. num. 122. in fin.*

116 **So gewiß / vor das dritte / unter denen Rechtsgelehrten auch dises geachtet wird:**
117 Quòd solus **metus reverentialis,** (Nullâ impressione, violentiâ, minis, immodicis precibus, aliâve hujusmodi tractatione accedente. Jungat. inprimis Augustin. Barbosa, ad *d. L. 6.*

num. 4. ibiq; laudati) Contractus & alia consimilia negotia, ex capite Vis & Metûs, nulli Rescissioni obnoxia reddat: per *Capit. 2. d. pact. in 6. L. 4. §. fin. d. doli mali except.* Joh. Petr. Fontanella, *de pact. nuptial. claus. 7. gloss. 2. part. 5. num. 35.* Trentacinq. *varr. resoll. lib. 1. tit. Quodmet. caus. gest. er. Resol. 1. n. 5. 7. & 8.* Cephal. *cons. 41. num. 45.* Hondedæ. *vol. 1. consult. 29. num. 42.* Mogoll. *de metu, cap. 4. §. 1.* Gutierrez. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 1. num. 15.* Barbosa, ad *d. L. 6. n. 6.* Bachov. ad Wesemb. *tit. Q. met. caus. gest. er. num. 3.* Manz. *tr. de in integr. restitut. tit. 4. num. 34. & sq.* Thomas Sanchez. *tr. de matrimon. lib 4. Disp. 6. num. 1. cum sqq.* ubi, relatis & reprobatis contrarium sentientibus, eorumque rationibus, innumeras ferè, pro hac sententia tùm Legistarum, tùm Canonistarum, tùm Theologorum autoritates accumulat:

Ità quidem, ut, tametsi Wesembecius exi- 118
stimet, etiam contra ejusmodi leviore & vano metu celebrata & gesta, officio saltem Judicis succurri debere; ad *d. tit Q. met. caus. gest. er. num. 3.* cui ibidem suffragatur Henricus Hahnius:

Tamen istam sententiam Plerique alii intre- 119
pidè rejiciant; cùm utique illud, quod unâ viâ prohibitum est, non debeat aliâ permissum censeri, & facillimè alioqui Edictum Prætoris prorsùs elideretur, & ceu verbis, non rebus scriptum, eluderetur; contra seriũ monitum ipsius Augusti in *L. 2.* in verbis final. *Cod. commun. d. legat. & fideic.* prout optimè Gailius, *lib. 2. Obs. 93.* Manz. *d. l. num. 35.* Bachov. *d. num. 3.* Andr. Schäffer. in *Qq. Jur. practicabil. part. 2. Q. 2. num. 75.* post Innocent. Bald. Archidiacon. Bartolum & alios, Franciscus Vivius, *commun. opin. lib. 1. verb. Contractus. num. 3.* ubi
hancce sententiam attestatur **communem.** 120
Dn. Stryke, in *Specim. usus moderni Pandectar. tit. Q. met caus. gest. er. §. 12.* ubi rectè B. Brunnemanni sententiam, quòd illa contraria Wesembecii sententia in Praxi recepta videatur, in dubium vocat. Diodor. Tulden. ad *tit. Cod. de his, quæ vi met. caus. num. 23.* B. Dn. Lauterbach, in *Coll. theor. pract. ad eund. tit. th. 15.*

So gewiß und unzweifflich halten wir auch 121
in casu proposito **darvor / daß** ex hac sola causa, **daß Herr** Cajus **und** Sempronius **in grosser** autorität **und ansehnlichen** functionibus **in dem Lande gestanden / auch Ihre** Receptio in matriculam Nobilium, & Statuum Provinciæ, pro illicitè extortâ **nicht angesehen / noch** sub istô prætextu retractirt **werden möge.**

Ex quo ità Caspar Manzius: Limitatur, in- 122
quit, Regula de negotiis metu gestis à Prætore rescindendis, si **Dignitatem tantùm alterius** quis timuit. **Solius** enim **Potentiæ Dignitatisque timor non sufficit,** & ad Metum arguendum Dignitas sola (Nullô aliô actu interveniente) non est idonea. *d. tit. 4. n. 41.*

123 Leges siquidem verum, justum, ab alio illatum; non verò vanum,& quem aliquis sibi ipsi infert, Metum, ad hoc,ut negotium eapropter retractari mereatur, requirunt notoriè. per *tot. tit. ff. & Cod. quod met. caus. gest. erit.*

124 Atqui reverentialem,sive tacitum illum Metum (Ex eo sic dictum, quòd quis Superiori non ità liberè resistere audeat, observante Bursato, *lib. 1. consil. 71. num. 11.* & Fontanella, *de pact. nuptial. claus. 7. gloss. 2. part. 5. num. 32.)* nihil horum admittere, & res ipsa nos edocet, & ipsi hinc indè disertissimi textus, Metum à
125 verecundia, Reverentia, Pudore, (quæ ferè hunc metum reverentialem constituunt) haud obscurè distinguentes, testatum faciunt. Conferat. *L. 1. §. 6.* ibi : *Metu solô, vel nimiâ Patroni reverentiâ. ff. quar. rer. act. non dat. L. 91.* ibi: *Quia non potest prohibere.* & ibi : *Et is, cujus magna verecundia ei, quem Prætor ad resistendum impedit. ff. de pact.*

126 Hincque ità, cum aliis,quos allegat, Fontanella: Cùm, ait Pontifex, in *Cap. 2. d. pact. in 6.* Renunciationem, quam Filia, Dote contenta, Patri, cui debet **Reverentiam,** facit, validam dicat, si Juramentum adhibeatur, nisi Vi aut Dolo extortum sit, hôc ipsô dicit, **quòd sola Reverentia non inducat Metum,** quod probant infiniti, quos larga manu refert (ut in uno omnes habeas) Joh. Castillo Sotomajor. *controvers. Jur. lib. 3. cap. 1. n. 150.* Rota, ap. Farinac. *post Vol. 2. Conss. Dec. 198. num. 8.* Capyc. *Dec. 159. n. 32.* Quod si ità est, **non considerabitur, nec dicetur Metus,nisi,ultra Reverentiam, adsint, quæ illum causari possunt.** Hincque Stephanus Gratianus, *Discept. forens. part. 1. cap. 108. num. 51.* breviter & resolutivè dicit,**quòd sola Reverentia,quæ debetur Personæ,non sufficiat ad probandum Metum.** Ità optimè Fontanella, *d. gloss. 2. part. 5. num. 36.* Addat. Boerius, *Decis. 109.* Carolus de Grassis, *except. 11. num. 11.* Montaner. in *addition. ad Olibam. part. 2. lib. 1. cap. 9.* Gabr. Pereyra, *Decis. Portugall. 30. num. 3.*

127 **Wann man aber / an seiten Einer löbl. Landschafft/** ad invalidandam hanc Receptionem **des wohlseeligen Herrn** Caji, **dises anführen wolte/ daß das/ von Jhme /** pro obtinenda hac Receptione, **geschehene ansuchen/ dieselbe so wohl / alß** in aliis Negotiis **ein gebrauchte** Impressio, vel Violentia, **der** Rescission, **der ursachen / unterwürffig mache/** quia etiam Preces Potentiorum (Quorum
128 numero præcipuè Cancellarius, & primarii Principis Consiliarii à DDbus aggregantur; ut videre est apud Tuschum, *concl. 463. n. 5.* Brunnemann. ad *L. 3. num. 5. & 6. ff. de alienat. judic. mut. caus. fact.*) ad rescissionem sufficere dicuntur : Wesembec. ad *tit. π. quod met. caus. gest. er, num. 3.* juxta illud vulgatum: Rogando cogit, qui rogat, Potentior. Bartol. in *tract. de Tyrann. num. 21.*

Tamen etiam ista, in Edicto, quod metus 129
causa, ceu facti atrocitatem requirente, prorsùs insuper haberi,constat ex *L. 9. vers. Non jactationibus. Cod. quod met. c.* Manzius, *d. tit. 4. num. 43.*

Ja wann auch gleich dises seine gantz un- 130
gezweiffelte richtigkeit hätte/ daß Herr Cajus, **und** Sempronius, **durch mißbrauchung ihrer hohen / in dem Lande gehabten** autorität / arque adeò per Metum notissimos Reverentialis metûs terminos excedentem, **dise** Reception, **Einer löbl. Landschafft abgenöthiget hätten; so würde doch Selbiger dises kräfftiglich im** 131
weg ligen/daß Sie/auch nach Herrn Sempronii **ableiben/ desselben Frau Wittib noch vor einen Land-Stand /** ipso facto, **erkant / und auch Sie zu Landtägen und andern** Conventibus Provincialibus, **so wohl alß Jhr seeliger** Maritus, **und** Parens, **beruffen worden. Nun sagen die Rechtsgelehrte:** Quòd præcipuè Metus reverentialis,per lapsum unius saltem Biennii purgetur; ex *Capit. Insinuante. vers. Propagavit. x. quæ Clerici vel Voventes.* Ant. Barbatias, *lib. 1. consil. 60. num. 2.*

Præsertim verò in hôc omnes concordes 132
sunt, quòd etiam Verus, & in constantissimum Virum vel Fœminam cadens Metus, **per Actus positivos,** ex intervallo,& quidem eô tempore, quo Vis & Metus, ejusque causa non ampliùs duravit, subsequentes, ità purgetur, ut Negotium, reverà vi metuque contractum, per illos Actus irretractabiliter ratificetur, ità,ut nulla ampliùs Querela desuper audiatur. Paulus de Castro, ad *L. 13. num. 8. Cod. de transactiou.* Cravetta, *consil. 114. n. 5.* Menochius, *cons. 1. num. 301.* Cardinal. Tuschus, in *concl. practicabil. voc. Metus. concl. 217. num. 26.* & *Concl. 220. num. 27. 29. 37. 39. & 40.* Adrian. Pulvæus, ad *L. Interpositas. in princip. de transact.* post plures, Barbosa, ad *L. 2. Cod. de his, quæ vi metûsve caus. gesta sunt. n. 2. cum sqq.*

Wannenhero auch dise allegation **und vorwand denen** Tullischen **Erben nicht nachtheilig seyn mag.**

Bey der Sibenden Quæstion:

133

Was denen consulirenden **Tullischen Erben / in diser Sache / für Rechts-Mittel zustatten kommen möchten?**

Seynd wir kürtzlich der meinung/ daß dieselbe/ bey so/ alß in præcedentibus, **vor augen gelegt worden/ beschaffener sache/ sich entweder mit dem** utili retinendæ possessionis Remedio, seu Interdicto uti possidetis, **bey Jhrer wohlhergebrachten** quasi Possession **zuschützen berechtiget:**

Ceu de quo Nostri passim hoc ipsum perhibent

bent, quòd id etiam pro Juribus, seu rebus in jure consistentibus, competat; per *L. fin. uti possidet. L. 8. §. 5. si servit. vindic. L. 20. d. servitut.* Menoch. *de retin. possess. Remed. 3. Q. 13. num. 103. cum sqq. ibiq;* adducti. Klock. *tom. 1. cons. 10. num. 447.* Hahn. ad Wesembec. *tit. uti possid. num. 2.* Brunnemann. ad *L. 1. num. 2. uti possid.* Bocer. *class. 4. Disp. 5. th. 52.*

135 Ità quidem, ut non referat, de quorumnam jurium quasi possessione controversia sit; ac proindè in specie etiam de Nobilitate, & aliâ Dignitate Possessorium competat; juxta ea, quæ in terminis, ex Didaco Covarruv. *variar. Resoll. lib. 1. cap. 16. n. 12.* & Vincentio de Franchis, *Decis. Neapol. 90. num. 6.* annotavit Carpzovius, *Jur. For. part. 2. C. 7. Def. 11. num. 3.*

136 **Oder aber Sie können wider alle / die Sie an diser** Qualitate Statûs Provincialis **beeinträchtigen wollen / sich** ex capite Injuriarum **beklagen:**

137 Ex quo constat, quòd omnes illi, qui in re, vel in jure alicui competente eundem turbant, eò ipsò injuriæ reatum incurrant; tx. expressus in *L. 13. §. fin.* ubi ità Ulpianus: Si quis re meâ uti me non permittat, & hic injuriarum conveniri potest. *ff. d. injur. ibiq;* DD. Videat. in simili Dn. Lauterbach, in *Coll. theor. pract. tit. de jurisdict. th. 49.* ibi: *Secundò Injuriarum actione.* Faciunt, quæ tradit David Mevius, *p. 5. Dec. 258. num. 4.*

So dann kompt Ihnen zwar auch die utilis 138
Confessoria Actio **zustatten / so wohl alß derselben sich auch die jenige /** qui Jurisdictionem, vel quod aliud jus defendere volunt, **unverneinlich bedienen können**; ut videre est apud B. Lauterbachium, *cit. loc. th. 49.*

Es ist aber in allweg rathsamer und besser / 139
ermeldten Possessorii **sich zu** prevaliren **/ alß zu disem leztgenannten** petitorio Remedio **seine Zuflucht zunemmen /** argum. *L. 24.* ubi omnes Scribentes. *ff. d. rei vindicat.*

Und so viel von disen siben Quæstionibus; salvo rectiùs sentientium Quorumcunque judicio. Act. in Coll. nostro, d. 11. Junii, Anno 1697.

CONSILIUM LIV.

Summaria.

De Testamento, Principi, *Secundari, vel Ecclesiastico, vel* Collegio Principem repræsentanti *oblato.*

De Testamento Judiciali, *seu apud Acta Iudicii condito.*

Vbi ista magistralis Quæstio: Vtrum hæc Testamenta *etiam per* Nuncium, Curatorem ad litem, Advocatum, Scultetum, Judicii ministrum, Actuarium, Consulem, Procuratorem, *itemq;* per Literas, *confici valeant? plenissimè excutitur.*

Vtrum, quando duo Conjuges apud Acta Judicii *testari volunt, & solùm* unus Conjugum in Judicio comparet; *alter verò* per Syndicum Civitatis alicujus Imperialis *testamentum suum offert,* hujus quoque Testamentum *pro* valido *habendum sit?*

An Donatio inter vivos, *&* mortis causa, per Procuratorem *insinuari queat?*

An tempore Pestis *per* Procuratorem *testari liceat?*

An Magistratus, *hoc,* suô decretô *permittere valeat, ut* per Procuratorem *Testamentum ordinetur?*

Axioma juridicum: Quod quis per alium facit &c. quousque procedat?

Ex Æquipollentibus *quatenùs* alterum alterius, *in* supremis Voluntatibus, vice defungi *queat?*

In istis Testamentis, quæ publicâ fide *conficiuntur,* an omnes, *vel* quænam Solennitates relaxatæ *censendæ sint?*

An vera sit illa Vasquii traditio, quòd in testamento Principi oblato *&* judiciali solum Jus Gentium *sit attendendum?*

An Jus Gentium *indulgeat, ut quis,* Absens, *per* personam intermediam testetur?

In Testamento tempore Pestis confecto *utrum* Testes Testatorem ipsi videre & audire *teneantur?*

Vtrum ista Solennitas, *quòd Testes ipsi* Testatorem præsentem audire *&* videre *debeant*, à Principe, *per* Statutum, *vel* Privilegium. remitti *valeat?*

An illa in aliis privilegiariis Testamentis, Parentum *inter Liberos*, Militum *&c. sit* relaxata?

Vtrum Legata, *vel* Fideicommissa, *per* Mandatarium, *relinqui possint?*

An illis in locis, in quibus Statutum nil specificè disponit, *quòd* per Procuratorem testari *prohibitum*, *vel integrum esse debeat*, *in Testamento* apud Acta condendô *illius ministeriô uti integrum sit?*

An etiam Statutum, Juris Communis correctorium, passivam *ex illo* interpretationem *recipiat?*

Quousque id verum sit, *quòd*, in dubio, pro Testamenti validitate *pronuntiare debeamus?*

An persona apud Acta testantis Compatitio in loco Judicii, *vel* coram Scabinis, *etiam* quoad Fœminas, *præcisa* necessitatis *sit?*

Vtrum idem de Personis honoratioribus *seu* egregiis *dicendum?*

An, *in reciprocis inter Conjuges testamentis*, *Defectus seu* Nullitas ex unius solummodò latere interveniens, etiam alterius Testamentum annullet?

Vbi multa porrò alia, *de his ipsis Testamentis* notatu dignissima *examinantur*; *insimùlque* diversitas inter talia Testamenta, *& Testamentum*, à Patre, sibi & Filio *factum*, *exactè ostenditur.*

FACTUM.

1 ES hat in einer Reichs-Statt/ ein vornehmer Handelsmann/ und seine Hauß-Frau eine reciprocirliche testamentliche Dispositition, in eadem membrana, miteinander aufgerichtet/ worinnen Sie einander/ weilen Sie weder Ascendentes, noch Descendentes; sondern alleinig Collaterales heredes ab intestato gehabt hätten/ ex asse zu Erben instituirt haben. Solches Testament hat der Ehemann persönlich/ apud Acta, vor E. E. Rath insinuirt; die Frau aber den Herrn Syndicum Loci erbetten/ in Ihrem nahmen der insinuation beyzuwohnen. Nach des Manns Tod kommen seine Bruders Kinder/ und fechten das Testament/ alß null und nichtig/ ex hôc capite, an/ weil die Ehefrau nicht persönlich vor Rath erschienen: Die Wittib sagt/ Erstlich/ es seye die personalis comparitio Testatoris, in Loci Statutis, nirgends versehen. Secundò seye Sie in einer Famili, daß Selbige inter Honoratiores zurechnen. 3tiò supplire persona publica Domini Syndici, dem Sie alle contenta Testamenti entdecket/ solchen abgang/ und lasse keine suspicionem Fraudis walten. Gegentheil regerirt/ es seye die persönliche erscheinung Consuetudinis, auch bey Honoratioribus, und könne/ 3tiò, per Procuratorem nicht ersetzet werden. Vidua respondet, es seyen zwar exempla da persönlicher comparition; die wären aber Voluntatis, und nicht Necessitatis, deficiente Statutô ad id obligante; folglich keine Consuetudo obhanden gewesen. Zu dem so seye gantz nicht die Frag von Ihrer der Frauen künfftiger Verlassenschafft/ und hierüber gemachter Disposition, angesehen Sie noch lebe; sondern von ihres verstorbenen Eheherrns S. welcher persönlich in Senatu erschienen: wannenhero der vermeinte Defect, ex parte illius, totaliter cessire. Kommet demnach der gantze status Causæ auff folgende zwey Rechts-Fragen an:

I.

11 Ob die personalis Comparitio Testatoris, in insinuatione Testamenti apud Acta condendi, auch bey Weibern/ & inter Honoratiores, deficiente Statuto, præcisæ Necessitatis sey?

II.

12 Si sic: Ob in reciprocô Conjugum Testamentô, des einen Defect, auch das andere Testament/ waran kein Defect ist/ annullire; sonderlich/ wañ das/ so keinen Defect hat/ bereits morte confirmiret worden?

I. N J.

13 UBer nächst-præmittirte Facti Speciem nun/ und derselben angehängte zwey Quæstiones alß Wir unterzogene/ zur Juristen-Facultät/ bey der Fürstl. Würtembergischen Universität Tübingen/ verordnete Decanus und andere Doctores,

Stores, unsere Rechtliche gedanckhen / mit außführlicher überschreibung deren dabey vorfallender Rationum Dubitandi & Decidendi, zu communiciren / freundlich ersucht worden / haben wir zu beförderung der wehrten Justitz / und deßwegen obhabender schwehren Ampts-incumbenz bey unserm Collegio gewohnlicher beobachtung / keinen umbgang genommen / alles reifflich zuerwägen / und in unserem / zu dem Ende versammleten / Collegio, uns nachstehenden Decisi miteinander verglichen. Und zwar finden wir /

Bey der Ersten Frag:

14 So sich von selbsten in vier Membra abtheilt:

I. Ob die persönliche Comparition
15 der testirenden Persohn / bey auffrichtung eines Testamenti apud Acta, præcisæ necessitatis sey?

II. Ob selbige in specie auch bey
16 Weibspersohnen præcisè erfordert werde?

17 III. Inter Personas honoratiores?

18 IV. Auch bey Reichs-Stätten / in deren Statutis von diser præcisâ in Judicio comparendi Necessitate nichts in specie disponirt zufinden?

so wohl bey dem Ersten / alß übrigen membris, nicht wenige Argumenta, in krafft deren es fast das ansehen gewinnet / alß ob dises Testament / de quo impræsentiarum quæstio est, nicht alleine an seiten des seeligen Mariti; sondern auch der von Jhme hinterlassenen Frauen Wittib / pro firmo & valido zu agnosciren. Dann / so viel allerforderist
19 das Erste Membrum diser Ersten Frag concernirt / so halten nicht wenige Rechtslehrere darvor / daß / bey eines Testamenti judicialis, seu apud Acta condendi auffrichtung / die persönliche gegenwart der testirenden Persohn nicht præcisè vonnöthen; sondern genug sey / wann dieselbe entweder durch einen von Jhr aigenhändig geschribenen / oder wenigstens von Jhr unterschribenen Brieff / oder durch einen von Jhr specialiter bevollmächtigten Mandatarium, sive Procuratorem, ihren aigentlichen willen / wie Sie es nemlich / nach ihrem ableiben / mit ihrem verlassenden zeitlichen Vermögen gehalten haben wolle / apud Acta Judicii eröffnen und hinterbringen
20 lassen.

Atque hujus sententiæ autores & fautores, Primò, illud hîc adferunt, quòd publicatio supremi judicii, sive ultimæ voluntatis manifestatio, etiam per Alium, ideò, fieri possit, quòd in illis, quæ Juris solennitate soluta sunt, id omne, quod quis etiam per alium facit, perindè habeatur, acsi ipsemet feciſſet; ut in genere dicit *Canon, qui facit. 72. Q. d R. Jur. in 6. L. 5. §. 3.* ibi: *Videtur enim gessisse, qui per alium ges-*

sit. ff. d. administr. & peric. tutor. Cap. Qui per alium. d. R. J. in 6. L. 2. §. ult. de donat. int. V. & U. L. 71. §. 5. d. A. vel O. Her. L. 6. §. 1. d. precar. cum simil. Tiraquell. in *tract. de Nobilit. Cap. 27. num. 11.* Chassanæ. ad *Consuetud. Burgund. rubr. des droits. § 5. num. 4.* Barbosa locupl. in *voc. Facere. num. 1. & 2.* Petr. Rebuff. ad *Cap. Extirpandæ. 30. §. Qui verò. n. 14. vers. Et ideò erit regula &c.*

Regulariter namque id omne per alium quis 21
facere potest, quod per seipsum; velut iterum habet *Canon, Potest. 68. d. R. Jur. in 6.* Joh. Petr. Fontanella, in *Decc. Cathalon. Dec. 549. n. 8.*

Et facere plique etiam is intelligitur, cujus 22
autoritate aliquid peragitur; *Cap. Ut fama. 35. x. d. sentent. excommunicat.* Johann-Otto Tabor, *de testam. Principi oblato, cap. 5. circa fin. vers. Alterum argumentum.* Myler. ab Ehrenbach / *de Statib. Imp. part. 1. cap. 28. §. 4.*

eo quòd actus, per Procuratorem factus, 23
nomine alterius, per hunc ipsum Principalem factus existimetur. Alex. Ludowis. *Dec. 252. num. 9.* Fontanella, *Dec. 560. num. 1. & sq.*

Secundò dicunt, ut in aliis articulis, ità etiam 24
in præsenti nihil referre, utrum ex Æquipollentibus fiat: *L. 3. Cod. de institut. & substit. L. ult. Cod. de donation. quæ sub mod. L. 22. d. Sct. Trebellian. L. 15. quando dies legat. ced. L. 11. §. 11. d. leg. 3.* Jason, ad *d. L. 3. Cod. d. inst. & subst. num. 3. L. Gallus. 29. §. Quid si tantùm.* ubi denuò Jason, *d. lib. & posthum.*

Cùm æquipollentium eadem Disciplina, 25
idemque judicium vulgò perhibeatur. *L. ult. in fin. ff. mandat.* Everhard. in *Top. leg. Loco ab Æquipollentibus.*

Tertiò ille famosus omnium Jurium perver- 26
sor, Fernandus Vasquius, etiam illud hîc urget, quòd, tametsi regulariter in solennibus Testamentis necesse sit, ut Testator ipse præsens suam ultimam voluntatem coram Testibus declaret; *L. 21. in princ.* ibi: *Dùm tamen testibus præsentibus, Testator, suum esse, Testamentum dixerit. L. 9. Cod. d. testam.* & Testes ipsi Te- 27
statorem, coràm, tùm audiant, tùm videant: *L. Si non speciali. 9. & L. Si unus. 12. Cod. d. te-* 28
stam. tamen ista, & cætera similia Solennia, in Testamento apud Acta condendo, nullo modo requirantur; sed hujusmodi testamenta, ceu informia quæ appellat, in terminis Juris Gentium omninò relicta esse, adeò, ut in illis, præter legitimam probationem, qualis scilicet etiam in Negotiis & actibus inter vivos sufficiat, nihil porrò requiratur. *d. succeſſ. creat. lib. 2. §. 14. num. 25. & §. 17. num. 55.*

Quibus convenienter etiam illud rectissimè 29
adstrui videtur, quòd quis etiam per Literas suâ manu exaratas, vel per alium specialiter ad hoc deputatum, apud Acta Judicii suæ mentis postremum judicium publicare queat: cùm in actibus inter vivos utrumque notoriè legitimæ probationis efficaciam habeat. Addat. idem Vasquius, *d. lib. 2. §. 15. num. 55.*

Quartò inquiunt, quòd etiam Donationis
30 insinuatio, quæ tamen & ipsa, eôdem hoc fine, qui in ultimis Voluntatibus consideratur, ne clandestinis & domesticis fraudibus facilè quidvis confingatur, saluberrimè introducta, verbo Justiniani in *L. 27. Cod. d. donation.* non per ipsum saltem Donatorem; verùm etiam per alium, (Quicquid in contrarium dicat Richterus, *consilior. volum. 2. cons. 297. n. 22. & sqq.*)
31 ipsius nomine, præsertim verò per Procuratorem, speciali ad hoc mandatô instructum, benè fieri possit. tx. expr. in *Nov. 127. cap. 2.* in verbis: *Viros ipsos, aut etiam qui pro eis antenuptiales Donationes scribunt, insinuare eam.* Joh. Philippi, in *Observat. ad noviss. Electoral. Decc. Dec. 22. Obs. 4. num. 14.* Carpzov. *lib. 5. Resp. 56. à num. 10. usq; ad fin.* ubi fusè hoc
32 affertum, tùm pluribus Rationibus, tùm responsis Scabinatûs Lipsiensis corroborat. Socinus Senior, *lib. 1 cons. 48. n. 9. & 10.* D. Laut. ap. Schüz. in *compend. tit. de Donation. lit. N.*
33 Quare ergò in præsenti diversum sectemur, cùm tamen utrobique eadem militet ratio? Casus autem, quos nectit identitas Rationis, quoad decisionem separandos non esse, vulgata est Regula, ex *L. 108. in fine princip.* ibi: *Cur non idem & in Dote promissa respondeatur, ratio reddi non potest. ff. d. V. O.*
34 Hisce, Quintò, plus roboris, ex eo accedit, quod haud pauci magni nominis DDres propugnant, quòd videlicet etiam in Testamentô Principi oblatô idem obtineat, & illud itidem, per Procuratorem, Principi oblatum, validissimum sit; per tx. in *L. 19.* in verbis: *Oblatas preces* **secundum voluntatem defuncti.** *Cod. d. testam.*
35 Quæ pro istâ sententiâ statuminandâ jam pridem objecit Raphael Fulgosius, ad *d. L. 19. n. 2. vers. Nota primò.* ubi dicit, sufficere, si alius ejusmodi preces, supremam alicujus voluntatem complexas, Testatoris mandato, Principi offerat: & noviter, post alios, haud postremus ejusdem sententiæ patronus, beatus Tabor, enixissimè urget, in *d. tract. cap. 2. §. 15. & cap. 5. §. 10.* ubi ità inter alia: *Hinc sanè fatebuntur, qui rectè adverterint, verba illa: Oblatas preces secundum voluntatem defuncti, aliquid amplius insinuare, nempe casum, quô non ipse Testator preces in personâ obtulerit; sed per alium, ut & hæc Oblatio valeat, dummodò ex voluntate defuncti facta probetur idoneis testibus. Nam si de ipsius Testatoris oblatione verba hæc accipere velis, ineptam constitues adjectionem: Secundum voluntatem defuncti. Quis enim dubitet, secundum suam voluntatem quemque supplicare?* Addat. novissimè Dn. Stryk. in annotat. ad compend. Lauterbachian. *lib. 28. tit. 1. pag. 699. ad verb. Procuratorem.* Myler. ab Ehrenbach) *de Statib. Imper. part. 1. cap. 28. §. 4.*
Quodsi ergò hæc sententia, quam DDres
36 **Communiter** tenere tradit Tobias Nonius, ad *§. fin, num. 4. vers. Tertiò limitatur. Inst. de testam. ordinand.* & de Juris veritate approbandam dicit Struvius, *exerc. ad π. 32. th. 9.* in
37 Testamento coram Principe condito locum sortitur, quidni idem & de eo, quod apud Acta Judicii conditur, ex eo, quòd ambo, ab ipsis Principibus, in *d. L. 19. Cod. d. testam.* æquiparentur, & iisdem Juris regulis (quod dicit Carpzovius, *Dec. 293. num. 7.* Addat. omninò Francisc. Curtius, ad *L. In bonæ fidei. n. 17. Cod. d. pactis.* Herm. Vultej. in *conss. Marpurg. vol. 1. cons. 34. num. 8.* ubi dicit, hæc testamenta judicari ad paria. David Mevius, ad *Jus Lub. part. 2. tit. 1. artic. 2. num. 71. & sq.* Joh. Philippi, in *Obs. ad Dec. Elector. Saxon. 45. Obs. 1. num. 29.*) firmiter asseveremus? prout equidem id adserit laudatus Tabor, *d. cap. 10. §. 10. in fin.*
38 Sextò hisce adjungimus, quòd, cùm verba Statutorum in Loco, ubi præsens Testamentum ordinatum, de hoc ipso Requisito, quòd Testator in personâ in loco Judicii comparere, seu apud Acta ipse præsens esse debeat, nominatim & diserte nihil disponant; sed, (quantum ex præmissâ Facti Specie colligimus) generaliter caveant, quòd omne Testamentum apud Acta confectum pro validô habendum sit; ideò illa etiam absque tali discrimine, sive restrictione ad istum casum, ut Testator ipse præsens apud Acta compareat, exaudienda sint; juxta illa vulgatissima: Quòd, Lege non distinguente, nec nostrum sit, distinguere; *L. 8. d. Public. in R. act. L. 1. §. 1. d. legat. præstand. L. 1. in fine princip. quæ in fraud. creditor. L. ult. in fin. Cod. d. dot. promiss.*
39 Et quòd utique, ubi verba dispositionis conveniunt, ibi etiam ipsa Dispositio admittenda sit. *L. 4. §. 6. de damno infecto. L. Hos accusare. §. omnibus. ff. d. accusat.*
40 Prout similem Saxonicam Constitutionem à compluribus Saxonicis Jureconsultis antehàc intellectam fuisse recenset Hartmannus Pistoris, in *Qq. Jur. lib. 3. Q. 28. num. 8.*
41 Ut, Septimò, nec illud silentio involvamus, quòd etiam de mortis causa Donatione nonnulli tradunt, nec ad ejus substantiam præcisè necessum esse, ut Donator ipse præsens coram quinario Testium numero eandem ordinet; prout in individuo contendit Richterus, ad *L. 9. num. 9. Cod. de testam.*
42 Tandemque, Octavò, eidem sententiæ etiam ex eo subscribendum videbatur, quòd, eâdem admissâ, plures ultimæ Voluntates, alioquin perituræ, æquissimè serventur; juxta illam non minus receptissimam brocardicam, quòd in dubiis Quæstionibus illa sententia præferri debeat, per quam suprema morientium elogia exitum sortiantur; quod ipsum ut fiat, Rei etiam publicæ interesse dicit Paulus, in *L. 3. testam. quemadm. aperiant. L. 10. d. inoffic. testam. Cap. ult. de re judic.* Jacobus Caimus, ad *L. Gallus. in prælud. num. 54. d. lib. & posthum.* Conferatur omninò laudatus Pistoris, *cit. loc.*

Georgius

Beatus, in *sentent. Saxonic. de Testament. part. 2. tit. 8. pag. 183.* &, qui verba Beati ad apicem exscripsit, Daniel Moller, *semestr. lib. 1. cap. 5.* Mevius, *consil. 40. n. 163.* Alex. Raudensis, *de analog. aquivoc. & univoc. lib. 1. cap. 18. n. 42.* post Menoch. Tiraquell. Nevizan. & alios, Hondedæus, *vol. 1. cons. 77. n. 54.* Franciscus Niger Cyriacus, *controv. for. 205. num. 177.* Cardinal. Mantica, *de conject. ult. volunt. lib. 2. cap. 15. num. 1.* Heeser. *de acq. conjug. part. 2. Loco 4. num. 243.* Jul. Caponus, *Discept. for. 303. num. 11. & Disc. 297. num. 13.* Tessaur. *Dec. 58. num. 9.* Klock. *tom. 3. cons. 104. num. 73.*

43 Hincque illam non saltem in Glogovienſi Silesiæ Ducatu, Ernestus Cothmannus, *vol. 5. Resp. 22. n. 169.* ubi scribit, quòd etiam Testamenta eo loci per Mandatarios offerri possint;

44 Verùm etiam in Borussia Electorali, quamvis subdubitanter, receptam testatur Joachimus Hoppius, ad §. *2. in fin. Inst. d. testam. ordin.* Addantur, quæ de usu Sabaudiæ tradit Antonius Sola, & cum illo Cardinalis de Luca, in *theatro Veritat. & Justit. tom. 2. disc. 12. n. 2.*

45 Et quæ, juxta mores Civitatis Brunsuicensis, de Procuratore publica autoritate, specialiter, ad hoc, ut Testamenta à Testatore, vel Testatrice scripta, vel subscripta accipiat, Actisque Judicii insinuet, constitutô, (Quem vulgò appellant **den Testaments-Herrn / oder Testaments**-Secretarium) recenset Stuckius, *consil. 10. num. 4. vers. Et quomodo. & num. 192.* verbis: *Attamen is neque ejusmodi causis præfectus vel præstitutus &c.*

46 **Dessen allen jedoch / und was dergleichen mehr /** pro stabilienda hac assertione **vor- und angebracht werden könte / unangesehen / seynd nicht allein wir in unserm** Collegio; **sondern auch viele andere berühmte** Facultäten **und** Collegia Juridica, **ja zu unserer Zeit fast männiglich deren meinung / daß auch zu beständiger** ordinir- **und auffrichtung eines** Judicialis, seu apud Acta condendi Testamenti, **eines jeden** Testatoris **persönliche Gegenwart** absolutæ & præcisæ Necessitatis **sey / dergestalten und also / daß / wann der** Testator, **oder** Testatrix (de quâ plura inferiùs) **nicht entweder selbst** in Loco Judicii, **oder wenigst in Ihrer / oder auch einer andern** privat

47 **Behausung /** corã Judice, vel Scabinis ad hunc actum vel in genere, vel in specie deputatis, vel, secundum aliorum Locorum mores, privatim requisitis, **gegenwärtig / und vor Ihnen den Innhalt ihrer** ultimæ Voluntatis, vel explicitè, vel implicitè, **declarirt und an tag gegeben; sondern solches allein durch Jemanden andern verrichten lassen / alle solche** Testamenta, non obstante illâ maximâ, quam de cætero, in supplendâ, imò planè superandâ omni solennitate, notoriè habent, Actorum Judicii autoritate, ipso jure **null / nichtig und von pur lauteren unwürden seyen.**

Diese meinung wird nicht allein / und vor das Erste / ex ipsâ recti sermonis ratione, quæ 48
non patitur, ut ea, quæ quis absens peregit, coram aliquo, vel apud eum tamen facta dici possint, per *L. Coram Titio. 209.* ubi ita inter alia Johannes Gœddæus: *Quid igitur est, coram Testibus? Anne sola ac nuda corporalis præsentia Testium sufficit? Verum quidem est, hanc dictionem, Coràm, ad corpoream præsentiam transferri. Undè Cicero in epistolis passim: De his latiùs Coràm, h. e. te præsente & audiente. &c. ff. d. V. S.*

Sondern auch / vor das andere / und zwar 49
satis dilucidè, per supraadductam L. *19. Cod. de testament.* corroboriret / **alß waselbsten die beyde** rescribirende Principes, Theodoricus & Honorius, **diese beyderley** Casus, & Modos testandi, **vor sîben** privat **Gezeugen / und** apud **Acta, einander vergleichen und dergestalten** æquiparirẽ **/ daß / gleichwie ein** / privatâ septem Testium fide, **ordinirtes Testament anderst keinen bestand hat /** quàm si quis suæ mentis postremum judicium **coram auribus privatorum,** sive Septem illis testibus, Testatorem simùl & audientibus, & videntibus, publicaverit; junctâ *d. L. 9.* ibi: *In conspectu Testatoris.* & *L. 12.* ibi: *Coram Testatore. Cod. de testament.* L. *21.* ibi: *Testibus præsentibus Testator, suum esse Testamentum, dixerit. Cod. d. tit.*

Also auch ein dergleichen / publicâ Actorum 50
Judicii fide ordinirendes / **Testament anderst nicht gelten solle /** quàm si etiam illud **apud Acta,** seu **Actis** (ut ipsa Legis litera loquitur) **Cujuscunque Judicis,** aut **Municipum** fuerit publicatum. in *d.* L. *19.* ibi: *Sicut ergò securus erit, qui* **Actis cujuscunque Judicis,** *aut* **Municipum, aut auribus Privatorum,** *mentis suæ postremum publicavit judicium. Cod. d. tit.*

Quibus gemina occurrunt etiam in L. *27.* 51
in verbis: *Sin autem* **Testator** *contrariam apernerit voluntatem, & hoc,* **vel per Testes idoneos, vel inter Acta manifestaverit.** *Cod. d. tit.*

Quod utrumque rescriptum haud obscurè 52
evincit, quòd, quemadmodum in casu, quô Testator, coram Testibus, voluntatem declarat, illorum Testium tùm animi, tùm corporis præsentia requiritur; ità etiam Testator, ipse præsens, coram Actis, seu apud Acta, suam ultimam voluntatem exprimere debeat. Franciscus Pfeil, *consil. 89. num. 17. vers. Æquiparantur enim. & num. 19. vers. Quanquàm sunt.* Matth. Berlich. *Decis. 85. num. 5.* ibi: *Æquiparantur, ità, ut, quemadmodum in testamento nuncupativo &c.* Siquidem æquiparata æquiparatorum solet ratio esse. *Cap. 2. de translat. Prælator. Cap. Inter cæteras. x. d. rescript.* Daniel Moller. *semestr. lib. 1. cap. 5. num. 2.* B. Dn. Lauterbach, *d. testam. judic. th. 14. in med.*

med. Berlich. *pract. concl. part. 3. conclus. 4. num. 32. vers. Tertiò per textum.* Carolus Anton. Bottilierius, *tr. de succes. ab intest. Cap. de renunciationib. 2. theorem. 98. num. 6.*

53 Et posita sub unâ determinatione ab eadem æqualiter determinantur. L. *Hereditatem. Cod. d. impub. & all. substitut.* Hartm. Pistoris, *d. Q. 28. n. 10.* Gars. Mastrillus, *Dec. 190. n. 27.* Carolus Anton. Bottilierius, *d. tr. Cap. 1. num. 11.*

54 Et tametsi ad hoc, meritò à plerisq; æstimatum, argumentum, à laudato Tabore, levi brachio reponatur, quòd illud ad terminos Comparationis, quæ tantùm in articulô validitatis & effectûs; non etiam ratione Formæ & Modi, instituatur, restringi oporteat; & quòd ibi Augusti, argumentô non tàm à Comparatis, quàm potiùs à minori ad majus, utantur; *d. tract. de Testam. Principi oblato, cap. 5. §. 10.*

55 Tamen ipsa harum Legum, nimiùm generaliter concepta, verba istam viri meritissimi restrictionem retundunt, dùm non saltem in verbis: **Securus erit**, utriusque Testamenti, privatâ & publicâ fide ordinati, validitas innuitur; verùm etiam in verbis: Qui **Actis Judicis, aut auribus Privatorum, mentis suæ postremum judicium publicaverit**, ad Modum & Formam, sive Formalitatem haud obscurè respicitur, iisdemque aperté satis significatur, quòd, sicuti ille, qui suum Testamentum privatâ fide conficere vult, non aliter de hâc suâ ultimâ Voluntate securus esse possit, quàm si illam **coram auribus Privatorum publicaverit**, ipsum nempè audientium, & præsentem videntium; per *dd.* LL. ex quibus hoc ipsum procul dubio supplendum; ità etiam ille, qui publica fide atque autoritate testari vult, non magis de hâc suâ ultima voluntate securus esse debeat, quàm si illam **inter Acta, sive Actis cujuscunque Judicis publicaverit**, ità nempe, ut Judex, qui septem Testium vices supplet, eosdemque repræsentat, ipsum pariter præsentem, hancque suam Voluntatem isto modo publicantem audiat, & videat. Dn. Lauterbach, *d. l.* ibi: *Undè etiam in privatis Testamentis Testatoris præsentia necessaria est, ità, ut ipsum videre & audire debeant Testes*, **quos** repræsentat vel supplet Judex; *quem propterea, æquè ac Testes, Testatorem videre oportet.*

56 **Drittens wird dise meinung auch durch die fürnehmste** Causam moventem, quâ videlicet Imperatores commoti tùm Testamento Principi oblato, tum apud Acta Judicii condito, hanc peculiarem naturam indiderunt, quòd illa, **tametsi nullus Testis adfuerit**, nihilominùs pro validis haberi debeant, **noch mehrers besteiffet. Dann da seyn die Rechtslehrere** (Nisi quòd à Joh. Frid. Pruckmanno contrarium mordicùs propugnari videamus, in *tract. de Regalibus, membro 3. effectu 3. per integr.* Quô magis abnormia ab Ant. Merenda tradi videmus. *controvers. Jur. lib. 3. cap. 47.*) uno ore & corde, quòd in his Testamentis, ideò, nullus Testis necessarius sit, quòd privatum testimonium superfluum sit, ubi publica monumenta sufficiunt; ex L. *31. Cod. d. donation.* 58

Quòd in illo Testamento, quod Principi offertur, tàm ecclesiastico, v. gr. Episcopo, (Jungat. omninò Bottilierius, *de succes. ab intest. Cap. 2. theorem. 68. num. 10.*) quàm seculari, ideò nullus testis necessarius sit, Quòd ipse Princeps, ejusdemque præsentia, septem Testium præsentiæ æquiparetur; post Bald. Gomes. Covarruv. Benedict. Gratianus, *discept. forens. cap. 312. num. 2.* Bottilier. *cit. loc.* in verbis: *Præsentiam Principis, aut Episcopi, locum tenere septem Testium.* 59

Quòd id, inter tot nobiles, probatasque personas, ipsius quoque Principis conscientiam teneat; *d.* L. *19. Cod. de testam.* Dietherr. in *addition. ad Besoldi thesaur. pract. voc. Testament.* Petr. Dominicus de Magdalenis, *tr. de numero Testium testamentar. cap. 23. limitat. 8. per tot.* 60

Sive, quòd, juxta paraphrasin Taboris, ex superabundanti, Testium loco accedant, ex unâ parte, tot nobiles Satrapæ & Parastatæ, ex alterâ, custodia Tabularii Principalis, undè ipsum Jus promi solet: *de Test. Princ. obl. cap. 4. §. 6.* Dn. Rhetius, *Jur. Publ. lib. 2. tit. 34. §. 1.* Philippi, in *Obs. ad Decis. Electoral. noviss. 45. Obs. 1. num. 27.* 61

Sic, ut meritò hinc exulet omnis Fraudis suspicio; Thomas Merckelbach, apud Klock. *tom. 3 consil. 102. num. 89.* Peck. *de testam conjug. lib. 3. cap. 24. num. 1.* Philippi, *d. l. n. 26.* Perez. ad *tit. Cod. d. testam. num. 31.* 62

Atque Principis præsentia omnem Solennitatem suppleat, imò vincat. Myler at Ehrenbach/ *de Statib. Imper. part. 1. cap. 28. §. 2.* Salycetus, ad L. *19. num. 5.* in verbis: *Princeps obtineat vicem septem Testium.* 63

Quòd in illo Testamento, quod fide Actorum Judicii conditur, ideò septem Testium præsentia remissa sit, quòd ipsa Acta Testium vicem obtineant, & Acta in hoc testamento idem præstent, quod in illô septem Testes. Berlich. *p. 3. conclus. 4. num. 32. in fin. & n. 41.* & *Decis. 85. num 4.* Vultejus, in *conss. Marpurg. vol. 1. consil. 34. num. 7. & num 13.* Schurff. *centur. 1. consil. 77. num. 1. & 2.* Mevius, *cons. 40. num. 104.* Adde, quòd coram Actis, seu in Judicio, ferè semper adsit multitudo hominum fide dignorum, qui de verâ & ultimâ Testatoris voluntate testimonium perhibere queant; ut proindè, qui Actis alioqui interesse solent, Testium vicem hîc suppleant. Glossa, ad L. *ult. Cod. d. re judic.* Christinæ. *Decc. Belgicar. vol. 4. Dec. 7. num. 4.* Philippi, ad *Dec. Electoral. Saxon. 45. Obs. 1. num. 22.* Hartm. Pistoris, *d. Q. 28. num. 12. vers. Deindè hæc sententia probatur.* Mevius, ad *Jus Lub. part. 2.* 64

65

tit. 1.

tit. 1. artic. 2. num. 77. Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 312. n. 20.* Manzius, in *commentar. ad Instit. tit. d. testam. ordinand. in append. n. 9.* Brunnemann. ad *L. 19. num. 9.* Francisc. de Barry, *d. success. lib. 1. tit, 2. num. 4.* ex Mynsing. Marta Neapolitan. in *Dig. Noviss. tom. 5. tit. Testamentum. cap. 78.*

66 Quodsi ergò suprema defuncti Voluntas ex illorum testimonio firmari debet, omninò necesse est, ut ipsi Defuncto, cùm suprema ordinaret, sive ultimam voluntatem apud Acta declararet, præsentes fuerint, eundemque audiverint. Frustrà namque aliàs illorum præsentia in eo negotiô, quod non coram ipsis; sed absentibus iis gestum, considereretur; cùm certum sit, neminem de eo, quod non proprio sensu percepit, testimonium perhibere posse. Hartmann. Pistoris, *cit. loc.*

67 Et, si etiam illud hîc consideremus, quòd, tempore confecti hujusm. Testamenti, nemo alius, quàm solus Judex, sicq; nec Actuarius, nec ulli Scabini præsentes esse debeant: (Id quod etiam, inspectâ Juris nostri veritate, nullatenùs requiritur; per firmata Carpzovii, *J. F. p. 3. C. 3. D. 15.* & *lib. 6. Resp. 12.* ubi exhibet Præjudicia. Lauterbachii, *de testam. judic. th 16.*) certè ità multo major necessitas exigit, ut Judex ipsemet
68 de certâ & verâ Testatoris voluntate reddatur securus. Quomodò autem dici poterit, Judicem de genuinâ atque indubitatâ Testatoris voluntate certum redditum esse, qui Testatorem non ipsum præsentem suis oculis conspexit? qui non ipse ab ipso Testatore audivit, quænam suæ voluntatis, de eo, quod ipse post mortem suam fieri velit, sententia sit? quem semper in dubio fluctuari oportet, annon adulterinum
69 & falsum Testamentum, pro vero, à Nuncio, à Procuratore, à quolibet Tertiô ad ipsum missô, sibi objiciatur? Cùm itaque, in casu, ubi Judex Testatorem non ipse audivit, Testamentum hoc publicô Actorum testimoniô non magis firmari queat, quàm ea, quæ Testibus absentibus gesta, per eosdem probari possunt; & Acta de iis, quæ in alio loco gesta, fidem facere nequeant; quare facilè apparet, præsentiam Testatoris apud Acta præcisè necessariam esse. Quid? quòd etiam de altero, videlicet Principi oblatô, Testamentô ipsi Principes sic loquuntur, quòd non satis sit, Principi id ab aliquo Tertio legendum exhiberi; sed, ut ipsa Lex loquitur, np. *19. Cod. d. testam.* quòd ipse Testator suæ mentis postremum judicium **publicare,** (seu, ut loquitur *Lex 27. Cod. eod.* **manifestare**) **successorem suum designare, declarare,** dicere; quòd Princeps hominum testari volentium **voluntates audire; hæ,** precibus insertæ, **ejus auribus intimari,** atque ità tùm demùm hujusmodi Testamentum subsistere debeat, si id, **inter tot nobiles probatasque personas factum,** ipsius quoque **Principis** conscien-

tiam teneat, sicque illud, quod agitur, verbis & factis exprimatur, & tùm Princeps, tùm nobiles paratatæ & Satrapæ illud ipsum, quod agitur, etiam penitùs sciant;

Ut hæc, ex illa vulgata regula, quòd verba 70
in qualibet dispositione in fortiori significatione accipi debeant, interpretatur Hermannus Vultejus, in *conss. Marpurg. vol. 1 consil. 34. num 38.* Quam interpretationem nostro etiam 71
suffragio, non quidem eatenùs, quasi np. Testamenta apud Acta Judicii, tantùm per explicitam nuncupationem, ordinare liceret: (Quô nomine eundem ex professo refutavit B. Mevius, *consil. 40. n. 74. & mult sqq.*) sed tamen in tantum, quòd ipse Princeps, vel Principem repræsentans Collegium seu Concilium, jx. Ziegler. *de jurib. Majest. lib. 1. cap. 1. §. 29.* Perez. ad *tit. Cod. d. testam. num. 31.* Voluntatem Testatoris ab ipsomet præsente percipere debeat, approbare haud ambigimus:

Quidnî ergò in hoc quoque, nempe judi- 72
ciali, Testamento, quod ab ipsis Principibus cum illo ad paria determinatur, idem pronunciemus? cum Vultejo, *ibid.* Jungat. omninò Caspar Ziegler. *de jurib. Majestat. lib. 1. cap. 1. §. 30.* ubi ità inter alia: **Ferner/ und drittens/ muß der** Testator **sein Testament vor denen Abgeordneten machen/** oder/ **wann es allberait gemacht/ und zu papier gebracht/ vor denselben bekennen/ daß es sein letzter Will sey/ und Jhnen solchen übergeben.**

Viertens kommet auch dise weitere Ratio 73
perhibendi Testimonii **hierbey in billiche** consideration, quòd, quotiescunque alicujus testimonio aliquid confirmari, vel probari debet, potissimùm videndum sit, unde Testes illius negotii notitiam hauserint? &, si id, cui ipsorum Scientia innititur, nullam fidem mereatur, nihil etiam fidei eorundem testimonio attribui debeat: Cùm utique satis videatur absurdum, illorum testimonium, quorum auctores repelluntur, nihilominùs admitti; verbo Pontificis Innocentii III. in *Capit. Licet. 47. x. d. testib.* Quibus gemina leguntur in *Cap. Fraternitatis. x. de hæretic. Can. Nullus. 3. Q. 4.* Paulus de Castro, *vol. 2. consil. 299.* Aymo Cravetta, *cons. 6. num. 67.* & *consil. 41. num. 2.*

At, quando Testator non ipse præsens 74
coram Judice comparet, suamque novissimam voluntatem declarat; sed eandem tantùm suâ manu conscriptam, vel solummodò subscriptam, unà cum Literis, vel per aliquem Mandatarium, ad Judicem transmittit, tunc utique Judex de hac ultima Voluntate nullam aliam notitiam, nec majorem certitudinem, quàm ex solis illis Literis, vel ex solâ Mandatarii relatione, consequi potest, atque adeò huic soli valdè debili fundamento Judicis scientia & conscientia acquiescat, necesse est. Tralatitium verò est, nec solas Literas, quæ à Defun- 75

cto di-

&to dicuntur scriptæ, imò indubitatam ipsius Manum, nec unicum Testem, tametsi in summa dignitate constitutum, omnique exceptione majorem, ad probandam supremam Voluntatem sufficere, etiam talibus in casibus, ubi omnis propemodùm Juris Civilis solennitas remissa est, v. grat. in relictis ad pias causas; prout ista sollicitè firmata videre est in Dissertat. Collegæ nostri, Doct. Harpprechti, *de admixt. personæ extraneæ in dispos. Parentum inter Liberos, th. 20. & plurib. sqq.*

76 Quomodo igitur dici poterit, Judicem, vel alios, qui Actis Judicii, eô tempore, quô vel Literæ tales proferebantur, vel Mandatarius testamentũ Absentis insinuabat, interfuêre, huic Absentis testamento, quem ipsi nullatenùs viderunt, vel audiverunt, suô testimoniô, quòd id indubitatum, verum, & genuinum illius Testamentum sit, robur addere posse? Annon enim hîc illi & illorum testimonia admitterentur, quorum tamen auctores repellerentur? Annon ità Exemplum, ut Cravettæ verba mutuemur, majorem, quàm ipsum Originale, fidem merebitur? id quod tamen dicta Jura absurdum pronuciant, minimèque ferendum. Addat. *Lex 7.* junct. *L. præced. d. bon. libertor.* Hartmann. Pistoris, *cit. loc. num. 13.*

77 **So wenig nun/ fünfftens/ ein** privat **Testament/ so der** Testator **selbst mit aigener hand geschriben/ oder allenthalben unterschrieben/ wann Er solches hernach/ mittelst eines von Ihm selbsten geschribenen Briefs/ oder durch einen/ zu dem ende/** specialiter **bevollmächtigten** Mandatarium, **an Siben/** specialiter **zusammen erbettene/ und an einem andern Ort versammlete Gezeugen/ mit disem** petito, **überschickht/ daß Sie dises Testaments Gezeugen seyn/ und/ daß dasselbe/ nach seinem Tod/ alß sein liebster letzter Wille/ vollzogen werde/ geflissen seyn möchten/ vor ein gültiges Testament angenommen werden mag:**

78 Eo quòd Testator, coram ipsis septem Testibus, animo & corpore sibi præsentibus, ipse suam Voluntatem exprimere debeat, quòd (si quidem hôc modô Testandi utatur) ea, quæ in aliquâ Chartâ descripta sunt, suæ mentis postremum judicium contineant: *L. Hac consultissima. 21. in med. princip.* ibi: *Dùm tamen,* **Testibus præsentibus, Testator, suum esse Testamentum, dixerit, quod offertur,** eique ipse, **coram Testibus,** *sua manu in reliqua parte Testamenti subscripserit. Cod. de testam.*

79 Actus enim testandi (ut hoc pleniùs explicemus) in hâc ipsâ Testatoris declaratione consistit, suam ultimam Voluntatem contineri in eo, quod ipse, **coram Testibus,** oretenùs proposuit, vel in scripto exhibuit, & in Testamento in scriptis confecto, ipsius & Testium subscriptione, horumque subsignatione, omnibus Testibus præsentibus peragendâ, munitum; ut hoc ità describitur ab Imperat. Maximiliano I. in *Const. Imp. Polit. de Ao. 1512. Coloniæ promulgata. tit.* **von den** *Notarien.* **§. die Form eines Testaments.** juncta *L. 20. §. 8. qui T. fac. poss.*

Sic, ut proindè omne robur & vis cujuscunque Testamenti ex eô dependeat, ut de istâ supremæ Testatoris Voluntatis, in quâ tota Testamenti substantia consistit, *L. 1. qui T. fac. poss. L. In conditionibus. 19. ff. d. condit. & demonstr.* prolixè Vasquius, *de succes. creat. part. 1. lib. 1. §. 2. num. 3.* Jul. Caponus, *discept. for. 186 num. 54.* Paulus Christinæus, *Decc. Belgicar. vol. 4. tit. 23. Decis. 5. num. 2.* Joh. Paul. Melius, *Decis. Rot. Rom. 12. num. 17.* Autor conss. Gail. *part. 2. consil. 7. num. 5.* Alexander Sperellus, in *Decc. fori eccles. part. 2. Dec. 146. num. 55.* declaratione, Testibus testamentariis evidenter, certò, & indubiè constet: Hartm. Pistoris, *d. Q. 28. num. 15. & 16.* 80

Id quod utique ex hôc solô, si Testator, vel per literas ad Testes transmissas, vel per Procuratorem ad eosdem deputatum, suprenam suam voluntatem declaret, obtineri non potest: 81

So wenig mag auch ein Gerichtlich Testament/ wann dasselbe allein durch ein an das Gericht geschickhtes Schreiben **/ oder einen** specialiter **zu dem ende abgeordneten** Procuratorem, ad Acta **gebracht wird/ und hingegen der** Testator **seinen Willen nicht selbsten/ vor dem Richter/ oder einigen** Scabinis declarirt **/ daß dises wahrhafftig sein Testament sey/ so Er nach seinem Tod** adimplirt **haben wolle/ von einigem bestand oder gültigkeit seyn. Dann/ lieber/ wie bald kan doch geschehen/ daß Jemand sein Testament zwar vollkommenlich zu papier bringt; solches aber hernach/** ex variis causis, teste Experientiâ, pœnitentiâ ductus, **nicht** solennisirt **/ darumb/ daß Er entweder** intestatus **abscheiden/ oder sein Testament anderst einrichten will? Wañ nun der Richter/ auff eines einigen** Mandatarii, **oder** Nuncii, **blosse** relation, **ein dergleichen Testament annemmen wolte/ wie kan Er gewiß seyn/ daß dises des Verstorbenen letzter Wille gewesen/ den Er nach seinem Tod** exequirt **haben wollen? Werden nicht/** hôc admissô, **der verstorbenen** Testamenta in hoc maximæ incertitudinis periculum **gesetzt/ daß dieselbe** à fide unius solius Mandatarii dependiren? 82 83 84

Contra ea, quæ in simili solicitè inculcant fratres Besoldi, in *consill. Tubingensib. part. 3. consil. 123. num. 11.* Christophorus Besoldus, ad *Jus Provinc. p. 3. tit. 3. th. 14. in fine.* Brunnemannus, ad *L. 21. num. 5.* ubi dicit, hoc Juris & rectam rationem non admittere; & denuò Christ. Besoldus, *consil. Tubing. 230. num. 5.* ubi scribit: *Hoc ipsum,* **daß die krafft und beweisung eines gantzen Testaments/ auff einer einzigen Person beruhen könte/** *esse absurdum.* Addat. omninò Ejusd. *Consil. 284.* ubi plura hanc in rem videri possunt. 85

Wie

86 **Wie offt geschichts/ daß der** Testator, in ipsô adhuc testandi actu, **in einem und anderem/ wir wollen nicht sagen/ seinen Willen gantz ändert/ und anderst einrichtet; sondern mehrers erläutert/ und die darinnen befindsame** Dubia & obscuriùs posita, **nach seinem eigentlichen Willen und meinung erst** declarirt? teste denuò ipsâ rerum certissimâ magistrâ, Experientiâ, & Johanne à Sande, *Decc. Frisicar. lib. 4. tit. 1. Def. 5.* ubi dicit, sæpè fieri, ut, dùm legitur testamentum, pleraque deleantur, vel emendentur, Testatore; sic jubente, tanquàm ad id, quod agitur, diligentiùs attendente. Addatur *Lex 21. §. 1. Qui T. fac. poss.*

87 **Wann nun abermahl ein dergleichen** Nuncius, **oder** Procurator, **auff erfragen des Richters/ solche** Dubia **gleichwohlen** declariren **und erläutern solte/ wie kan doch derselbe in seinem Gemüth und Gewissen gewiß seyn/ daß ein solche Erläutterung mit des Testierers** genuinâ & seriâ voluntate **überein komme/ und daß solcher** Mandatarius **nicht nach seinem gutdünckhen/ und zu disem/ vor jenem/ tragender** affection, **dise** declarationem dubiorum **gemacht hab?** Conferatur in simili Arnoldus Vinnius, ad §. *1. num. 1.* in verbis: *Quin Tutores, si hanc potestatem iis permittimus, semper operam dabunt, ut non alii,* quàm à quibus lucrum sperant, *Heredes instituantur. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.*

88 **Wie solte dises nicht** res pessimi exempli & perniciosissimæ consequentiæ **seyn/ wann ein gantze Erbschafft/ auff eines einigen** Mandatarii credit/ **ohne bessere/ in Rechten vorgeschribene/ Beweisung/** deferirt **werden könte?** his præsertim temporibus, quibus hominum malitia magis magisque crescit? Joh. Philippi, ad *Dec. Elect. Saxon. 45. Observ. 1. num. 46.*

89 Annon, hac ratione, Testatoris Voluntas, unius hominis arbitrio, periculosissimè exponeretur? contra regulam *Legis 32. L. 68. L. 70. & sqq. ff. d. hered. instituend.*

90 Annon ità nequitiæ vias aperiretur, fraudibus janua patefieret, & alienæ hereditates cujuslibet arbitrio valdè perniciosè committerentur? Christ. Besold. *d. consil. 230. n. 5. & 6.* Joh. Georg. Besold. *consil. 126. num. 6. & 7.* ubi vide omninò.

91 Nempe, licet aliàs quilibet Bonus præsumatur, ac proindè nec de tali Mandatario, vel Nuncio, alia præsumptio admitti debeat; quando tamen de Tertii præjudicio agitur, tunc, hâc integritatis conjecturâ sepositâ, ad legitimam acceditur probationem: Quæ ipsa probatio sive ad Solennitatis, sive ad Fidei quæstionem pertineat; tamen unico Testi, etiam in Senatoriâ, aut Præsidiali dignitate constituto, usque adeò non creditur, ut nec Statuto, vel Consuetudine caveri possit, ut unico Testi, in re tàm arduâ, plena fides habeatur: Farinac. *de testib. Q. 63. num. 8.* Besoldus, *d. Q. 230. num. 7.*

Imò, ut haud rari, iidemque probati, Ju- 92
reconsulti, ex his ipsis Rationibus, nec illud admittant, ut Testamentum judiciale, coram **solo** quoque **Judice,** si videlicet nullus Scabinus adsit, conficere liceat: prout Anno modò 1626. Lipsienses respondisse, recenset Berlichius, *Decis. 85. num. 1.* & tùm Facultatem Jurid. Lipsiensem, tùm Scabinos Hallenses judicâsse, notat Finckelthaus, *Obs. 63.* Quibus gemina tradit Nicolaus Reusnerus, *de testam. vol. 2. part. 4. cap. 19 n. 17. & sqq.* cum Mev. & Brunnemanno, Goswin. ab Esbach, ad *Carpz. 3. C. 3. D. 15. num. 5.* Cöppen, *Decis. 45. n. 16.*

Id quod non quidem in illo casu, quando 93
tale testamentũ in ipso loco Judicii conficitur; benè tamen, si illud, extra locum Judicii, coram Judice solo, conficiatur, ex hâc ipsâ Ratione, quòd submovendæ Fraudis suspicioni una publica persona (extra locum Judicii) haud credatur sufficere, admittit Carpzovius, *J. F. p. 3. C. 2. D. 17. num. 5. & per integr.* Lauterbach, *de testam. judic. th. 16. circa med.* Addat. Novissima *Dec. Elector. Saxon. 45. ibiq.* Philippi, in *Observation.*

Quodsi ergò in unius saltem Judicis personâ 94
hæc tantum DDbus scrupulum movent, quanto minùs indulgendum erit, ut ipsius Testatoris tota ultima Voluntas ab unius saltem Nuncii, vel Procuratoris fide dependeat?

Es haben unsers heilsamen Juris conditores **disen** faciliorem, apud Acta Judicii, vel coram Principe, testandi Modum **nicht zu disem End eingeführt/** ut circa veræ, genuinæ & certæ Morientium Voluntatis declarationem quicquam remitterent, hâcque ipsâ ratione materiam, falsa atque adulterina, pro veris Testamentis, subjiciendi præberent; **sondern dises ist allein ihre absicht gewesen/** ut illam miseram in condendis Testamentis atque nimiam diligentiam, circa Testium legitimam adhibitionem, eorumque officium, in utroque hôc Testamentô, benignè relaxarent, ex eo, quod Principis, & Judicis præsentia omnem Solennitatem suppleat, imò superet. *d. L. 19.* ibi: *Omnium testamentorum solennitatem superare videtur. Cod. d. testam.*

Daß aber hingegen Sie/ auch bey disen 96
beyden modis Testandi, omni cura & studio **sich dahin bearbeitet/** ut de verâ, atque seriâ Defunctorum voluntate, post obitum ipsorum, omni incertitudine submotâ, constaret, **das erhellet** tùm ex tot nobilissimis aliis, iisdemque generalibus, eorundem sanctionibus, præprimis in *L. 30.* ubi ità sacratissimus noster Justinianus: **Omnimodò Testatorum Voluntatibus** prospicientes. *Cod. d. inoffic. testam.* & in *L. fin.* in verbis: **Voluntati mortuorum** *prospicientes. Cod. de fideicommiss. §. 4. Inst. d. testam. ordin. L. Jubemus. 29.*

ibi: **Ut sit manifestum, secundum illius Voluntatem** *Hereditatem esse transmissam.* junctis verbis finalibus: *Scituris & Tabellionibus, & qui Testamenta facienda procurant, quòd, si aliter facere ausi fuerint*, **pœnam falsitatis non evitabunt, quasi dolosè in re tàm necessariâ versati.** *Cod. de testam.*

97 Tùm ex eo, quòd etiàm in maximè & summè privilegiatis Militum testamentis hujus tàm necessariæ & in omni Testamento potissimæ rei sanctam curam habuerint, ut **de verâ & seriâ etiam Militum voluntate** legitimè constaret.: tx. expr. in *§. 1. in fin. Inst. d. milit. testam.* & in *L. 24. ff. eod.*

98 Tùm ex eo, quòd in specie de his ipsis Testamentis, coram Principe, vel Judice ordinatis, sic loquuntur, quòd quilibet **suæ mentis** (Non ergò ut Nuncius, Procurator, Curator, alterius mentis) postremum judicium **Actis Judicis cujuscunque** debeat **publicare**; quòd Princeps NB. **Voluntates hominum** (testari volentium; non Procuratoris, vel alterius Tertii) **audire velit**; quòd libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, **successorem suum possit declarare**; & quæ plura his gemina porrò leguntur, in *d. L. 19. Cod. d. testam.* Matthias Berlichius, *p. 3. concl. 4. num. 32.*

99 **Da wir nun also dessen gantz gewiß seyn/** quòd LLatores in hoc ipso Testamento, nihil, præter Solennia, præcipuè Testium numerum, & officium eorundem Testimonii concernentia, (ut loquitur *Lex 9. Cod. d. testam.*) ceu nullatenùs necessaria, remittere voluerint; è contra verò Certitudini quorumcunque Testatorum Voluntatis omnibus modis prospicere allaboraverint; quare igitur hanc ipsorum humanissimam sanctionem in *d. L. 19. Cod. d. testam.* non saltem ultra; sed prorsùs contra disertam ipsorum intentionem, dùm videlicet illi, hâc ipsâ sanctione, majorem Testamentis apud Acta confectis **securitatem** conciliare voluerunt, sic, ut nullâ hîc aliâ (quod dicit Mevius, ad *Jus Lub. part. 2. tit. 1. artic. 2. num. 73.*) cautelâ sit opus, iniquissimè torqueremus? contra regulam *Legis 19. ibiq; DDr. de reb. cred.* junctis illis, quæ doctè annotavit David Mevius, *consil. 40. num. 84.* ibi: *Apud Acta facilius securiusque.*

100 **Da wir dieclare/ und in disem Testament nirgendswa** limitirte/ Juris regulam **vor uns haben**: Quòd Testamentum sit **nostræ Voluntatis** justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit; prout omne universim Testamentum definitur in *L. 1. Qui T. fac. poss.*

101 & quòd porrò Testamentum nostræ, non alienæ, mentis testatio sit; *princip. Inst. de T.O.* quod in simili urgetur à Paulo Christinæo, *vol. 6. Decis. Belg. 39. num. 35.* Nicol. Reusnero, *vol. 1. cons. 17. num. 23.*

Ex quo passim generale hoc *axioma* formant: Quòd per **Procuratorem** testari possit nemo: eo quòd Testamenta nón arbitriô alienô; non precariâ aliorum; sed ipsorum Testatorum propriâ prudentiâ fieri debeant, ne quid scilicet temerè & inconsultò, per molimina aliorum, in præjudicium familiarum atque Agnationis statuatur; Arnold. Vinnius, ad *§. 1. num. 1. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.* Richter. *Decis. 30. num. 4.* B. Dn. Bardili, *de testam. nuncupat. th. 9.* Tiraquell. *d. LL. connubial. gloss 5. num. 95.* Vasquius, *de success. progressu, lib. 2. §. 17. requis. 27. num. 19.* Mevius, *consil. 40. n. 59. & sq.* eleganter Ferdinandus Arias de Mesa, *variar. Resoll. lib. 2. cap. 28. num. 2.* 102

Quare ergò ab his approbatis Juris regulis, nullatenùs probatâ judicialis Testamenti exceptione, temerè recedamus? contra monitum utriusque Juris, in *L. 5. d. probat L. 19. Cod. d. SS. Eccles. Cap. 2. de restitut. spoliator. in 6.* Caldas Pereira, *de extinct. emphyteus. cap. 2. n. 6.* Francisc. Vivius, *Decis. 67 num. 15.* Ludolph. Schrader, *consil. 50. num. 23.* Tiber. Decian. *lib. 5. cons. 89. num. 29.* Carpzovius, *lib. 5. Resp. 56. num. 13.* 103

Ja da wir gewiß wissen/ daß unsere Leges, & earum magistri, tùm in ultimis voluntatibus, tùm in aliis quibusvis, in societate civili occurrentibus, negotiis, **dises/ allen** Judicibus, **bey Pflichten und Ayden**, enixissimè **einbinden**/ quòd ipsi omnibus modis in Veritatem inquirere debeant; *L. 2.* ubi DDr. *Cod. d. edend. L. un. in fin. Cod. d. deditit. libert. toll. Auth. Qui semel. Cod. Quomodo & quando Jud. L. 6. §. 1. d. offic. Præsid.* Riminald. Jun. *vol. 1. consil. 15. num. 50. & cons. 77. num. 43.* Cephalus, *consil. 569. num. 7.* Baldus, *consil. 406. in fin.* 104

Wie solten wir dann diser meinung beypflichten/ quòd LLatores sanctissimam hanc Regulam, in illis Testamentis, quæ apud Acta Judicii fiunt, non sine gravissimô eorundem periculo, securè negligere, atque ità ab unius Mandatarii fide, in re tàm necessariâ, contra omnia hucusque exhibita jura, non sine justissimâ imprudentiæ notâ, solitariè pendere, tantisque vigiliis excogitatas, de certitudine Voluntatis morientium, de illorum Veritate omnibus modis adjuvandâ, omnique è contra Falsitate evitandâ, omnium Legum Cautelas, prorsùs spernere, imò ipsi subvertere voluerint? 105

contra illud, quod legimus in *L. Si quando. 35.* ubi ità ipse Princeps: *Si quando talis concessio Imperialis processerit, per quam* **libera Testamenti factio** *conceditur, nihil aliud videri Principem concedere, nisi ut habeat* legitimam & consuetam testamenti factionem. *Neq; enim credendum est, Romanum Principem, qui jura tuetur, hujusmodi verbo totam observationem Testamentorum multis vigiliis excogitatam atq; inventam velle everti.* 106

Cod.

Cod. d. inoffic. testam. Thomas Merckelbach, apud Klock. *tom. 3. consil. 102. num. 91.*

107 Ex quò ità signanter Georgius Beatus, in *sentent. Saxon. d. tit. 8. pag. 189.* & Daniel Mollerus, *semestr. lib. 1. cap. 5. num. 10.* Cùm quis, inquiunt, in scriptura nominaret quosdam heredes, & addidisset, se in ejus rei fidem petiisse, ut Senatus sigillum apponeret, & Senatus fateretur, se id ad ipsius petitionem fecisse, nec apparerent alia Solennia, Quærebatur, an valeret Testamentum? Et videbatur, quòd sic; quia non potest Senatum rogâsse, ut sigillum apponerent, nisi coram Senatu comparuisset, & coràm voluntatem suam illis declarâsset; sed, quia tamen hoc prorsùs non narrabatur in Scripturâ, **& posset esse, quod fortè alius suo nomine impetrâsset sigillum à Scribâ Civitatis, vel Consule, citra consensum Senatûs**, putàrunt Dn. Badhorn, & D. Jacob, non sufficere, nisi alio modo & per testes probaretur, **Testatorem ipsum coram Senatu comparuisse, ne fiat locus fraudibus, quæ aliàs facilè committuntur in Testamentis.**

108 Itemque cautissimè & prudentissimè Dn. Mevius: Etsi, scribit, Testamentũ hoc sine testibus subsistat; **Cave tamen, ut, cum nonnullis, omnes Solennitates remissas esse,** inconsideratè dicas. Id enim esset **Constitutioni** dictæ *L. Omnium.* in verbis: *Si ei* **alia** *nocere non possint.* **Rationi,** quæ vetat, dispensationem in uno factam prorogare ad non expressa; *L. 4. ibiq;* Bartol. *d. legat. præstand.* & **testamentorum Fidei** contrariari; cùm **impossibile** sit, ea à captionibus & falsitatibus libera esse, si qualisqualis hâc in re voluntas cujusvis sufficeret. Undè prudenter statuitur, ea Testamentorum requisita, quæ **ad removendas Fraudes, & Testantium Voluntates conservandas** adinventa sunt, non esse in isto privilegiato testamento remissa. Hinc non secùs, ut in solenni Testamento, opus est, **præsentem esse Testatorem, & videri;** ità & in Testamento apud Acta condito, vel insinuato coram Judice, **qui Testium vices sustinet & supplet,** comparere debet, ut ab eô videatur, &, quid velit? intelligatur. ad *Jus Lubec. part. 2. tit. 1. artic. 2. n. 87. cum sqq.* Addatur *num. 138.*

109 Neque minùs notabiliter Benedictus Carpzovius: Circa Testamentum, inquit, judiciale ipsa dispositio Testatoris probè attendi debet: quæ, si in schedulâ non exhibetur; sed oretenùs, præsentibus Judice & Scabinis, vel in Judicio coram Actis profertur atque exponitur, quod omninò fieri potest, vel solâ Experientiâ teste, Testamentum aliter non subsistit, quàm **si personæ publicæ ad Judicium pertinentes, dispositionem & mentem Testatoris, NB. ex Ipsius ore,** audierint atque perceperint. Ergò, sicut præsentia **Testatoris,** ità & **Dispositio manifesta, & Declaratio mentis, NB. propriis ipsius verbis facta,** ad testamentum judiciale **necessaria est,** Anton. Faber, in *Cod. Sabaud. lib. 6. tit. 5. Def. 20 num. 4.* Dan. Moller, *hic. num. 18.* Quod & disertè probatur ex Rec. Imper. Colon. de Anno 1512. *tit.* **von denen Testamenten. §.** Item **es gehöret.** & *§. sq.* Nec sine Ratione: Consistit namque substantia testamenti omnis in voluntate & dispositione Testatoris. At **quomodò,** quæso, **de hâc certò constare poterit, si ex ore Testatoris non fuerit audita & percepta?** nisi quis ad solum Judicis & Scabinorũ **Protocollum & Annotationem** confugere velit, **quæ sanè & ipsa suspecta est, si annotata ex ore ipsius Testatoris non fuerint audita, ob multifarias fraudes, quæ in Testamentis facillimè committi possunt.** in *Jurispr. For. p. 3. C. 3. D. 26.* junctis iis, quæ tradit *præced. Def. 13.* in verbis: *Etsi Testamenta judicialia ulteriorem Solennitatem non requirant; nihilominùs tamen in eorum confectione Tria probè attendi debent, nempe Judicis autoritas,* **Testatoris præsentia, & ipsa Dispositio. &c.**

Et hanc ipsam sententiam omnes ferè Interppr. concorditer sequuntur, adeò, ut Besoldus, super facto consultus, haud dubitet scribere: **Secundum omnes Doctores** ipsam Testantis, vel **Testatricis, Præsentiã in propriâ personâ,** tanquàm substantiale, requiri, nec insinuationem, per Procuratorem speciale mandatum habentem, valere. in *Conss. Tubingens. part. 5. cons. 230. num. 10.* 110

Quomodo etiam ab eodem, & Collega Magiro, in casu, huic ipsi, quem evolvimus, simillimô, hisce verbis respondetur: **Dann je nicht zuvermuthen / daß sie der meinung gewest / es könne jemand / abwesend /** apud Acta, **oder vor Gericht** testiren: Cùm nemo ferè tàm rerum imperitus inveniatur, quin sciat, absentem testari non posse. in *Conss. Tubing. part. 3. cons. 121. num. 51.* 111

Nominatim verò hanc sententiam, præter sæpè laudatum H. Pistoris, Carpzovium, Mollerum, & Georg. Beatum, suo quoque suffragio confirmat Berlichius, *pract. conclus. part. 3. Concl. 4. num. 31. & sqq.* B. Dn. Lauterbach, *de testam. judic. th. 14.* David Mevius, ad *Jus Lub. part. 2. tit. 1. artic. 2. num. 34.* B. Dn. Bardili, *d. testam. nuncupat. th. 9.* Hieron. Pantschmann. *pract. Qq. lib. 2. Q. 23. num. 38.* Richter. *Dec. 30. num. 4.* post Manzium, Esbach, in *addit. ad Carpz. d. part. 3. C. 3. D. 23. & 26.* novissimè Hoppius, ad §. 2. *Inst. d. testam. ordin.* Joh. Philippi, ad *Decc. Electoral. Saxonic.* 112

nic. Decis. 22. O. 4. num. 3. Schilter. *exerc. ad π. theor. pract. 30. th. 36.* ibi: *Et quidem ab ipso Testatore comparente.* junctis ibi *sqq.* Dnni Jcti Altorfini, *Resp. 77. per tot.* inprimis *pag. 501.* Hilliger. in *Don. enucl. lib. 6. cap. 6. lit. E.* Finckelthaus, *Obs. 14. Q. 4.* Carpzov. *lib. 5. Resp. 56. num. 8. cum sqq.* & *lib. 6. Resp. 19. num. 14.* Hahn. ad Wesembec. *tit. qui Test. fac. poss. n. 8.* ad verba: *Imò ne quidem. Dauth. d. test. n. 29.* Fachin. *lib. 5. controvers. cap. 69.* Christoph. Phil. Richter. *part. 4. cons. 10. n. 10.* Brunnemann. ad *d. L. 19. num. 12. Cod. d. testam.* Mevius, *consil. 40. num. 89.* Ludwell. *tract. de ult. voluntat. part. 2. pag. 187.* ubi scribit: Hoc omninò necessarium esse, in ejusmodi Testamentis, vel coram Principe, vel apud Acta factis, ut ipse Testator offerat. Dn. Schilter. ad *tit. Inst. de testam. milit. §. 10. pag. nob. 246.* ubi pariter de utroque testamento hoc pronunciat. Joh. Philippi, ad *Dec. Saxon. noviss. 22. Obs. 4. num. 3.* ibi: *Sed præcisè requiritur, ut Testator ipsemet &c.*

113 Eandemque complura Locorum Statuta, velut inclyti hujus Wurtembergiæ Ducatûs, in *part. 3. tit. 3. rubr.* **Die erste Form.** in verbis: **Erstlich mag ein Mann- oder Weibsperson vor Gericht erscheinen.** *rubr.* **Die ander Form.** ibi: **Und also verschlossen für ein gesessen Gericht bringen.** *rubr.* **Die dritte Form.** verbis: **Und vor demselben.** & *rubr.* **Die fünffte Form.** ibi: **Vor Gericht erscheinen.**

114 Borussiæ Regiæ, ut patescit ex Juris Culmensis *lib. 3. tit. 8. cap. 3.*

115 vicini Marchionatûs Badensis, **F. Bad. LandR.** *p. 5. tit. 4* §. **Und Erstlich.** ibique Collega noster, D. Harppr. *th. 5.*

116 Ducatûs Franconiæ; **LandGer. Ordn. des Hertzogthumbs Franckhen/** *part. 3. tit. 40. rubr.* **die erste Form.** §. *2.* & *rubr.* **die ander Form.** §. *7.* & §. *9.*

117 Comitatûs Solmensis, **Solmisch LandR.** *p. 2. tit. 23. §. 4.* ibi: **Für welchem demnach der jenig/ so also** testiren **will/ seinen letzten Willen erclären solle,** & §. *7. 8. 9.*

118 Liberarum Imperii Civitatum, Ulmæ; Statutor. Ulmens. *part. 3. tit. 1. §. 1.* præcipuè in verbis: **Daß auch solche** testirende **Personen/ ihren Willen/ vor solchen zweyen unsern Aeltern/ Burgermeistern oder Oberrichtern/ selbst/ mit aigenem Mund/ offentlich und außtruckhenlich bekant:** &c.

119 Francofurti, jungat. Reformatio Francofurt. *part. 4. tit. 1.* inprimis §. *10. & 11.*

120 Norimbergæ, Reformat. Norica, *tit. 20. Stat. 1.* ibi: **Vor zweyen Genannten.**

121 Wormatiæ, Stat. Wormat. *part. 1. lib. 4. tit. 1. §.* **Ein jeder Burger.** ibi: **Und solchen seinen letzten willen offentlich Selbst erzählen.**

& propemodum ubique **Usus Fori,** approbârunt; prout equidem de utroque Testandi Modo, coram Principe, & Judice, hoc fatetur ipse Struvius, *exercit. ad π. 32. th. 9.* ibi: **Moribus** *in Testamentis apud Acta aliud receptum. Et forte* **usu Fori** idem requiritur in testamento Principi oblato. Hoppius, *d. l.* ibi: *In Prussia Regia, aliisq; Germaniæ Locis idem etiamnùm requiri constat. &c.* 122

Et ex his sic firmatis magnis animis Nostri inferunt, quòd ad hujus Testamenti validitatem haudquaquàm sufficiat, Testatorem suam ultimam voluntatem declarare, Primò, **per Nuncium;** D. Lauterbach. *de testam. judic. th. 14.* Idem, in *Diss. de Nuncio, cap. 7. th. 32.* Ludwell. *d. l.* Herold. *de ratificat. rubr. de ratificat. jur. hereditar. pag. 150. num. 40.* Hoppius, *d. l.* Reusner. *tract. de testam. volum. 2. part. 4. cap. 19. n. 24. & sq.* Carpzov. *d. C. 3. D. 23 num. 7.* & subnexo secundo Scabinor. Lipsiensium præjudicio, ubi etiam de Testamento, per Testatoris **Amanuensem,** apud Acta Judicii insinuato ità pronunciatum refert. Reusner. *tract. d. testam. vol. 2. part. 4. cap. 19. num. 24. & sqq.* Mevius, ad *Jus Lub. p. 2. tit. 1. art. 2. num. 90.* Philippi, *ad Decis. Saxon. noviss. 22. Obs. 4. num. 3.* 123

Neque etiam, Secundò, **per Advocatum,** vel **Procuratorem,** quamvis specialissimô mandatô instructum. Carpzovius, *d. l.* Mevius, *d. num. 90.* Dn. Lauterbach. *d. th. 14.* Besold. *d. consil. 230. num. 9. cum sqq.* & ad *Jus Provinc. Wurtemberg. Disp. 3 th. 28.* post Moller. & Schäffer. Idem, in *delibat. ex lib. π. 28. & 29. Q. 7. in fin.* Bocer. *class. 3. Disp. 2. th. 7.* Herold. *d. l.* Brunnemann. *centur. 2. Dec. 63.* Hopp. *d. l.* Philippi, *d. Obs. 4. num. 3.* Dnni Altorfini, *d. Resp. 77. pag. 501.* 124

Neque, 3tiò, **per Mulieris,** isto modo novissima ordinare volentis, & v. grat. ob adversam, cum quâ conflictatur, valetudinem, in loco Judicii comparere non valentis, **Curatorem ad Litem;** Carpzov. *d. Const. 3. Def. 23.* ibi: **Sondern durch ihren Kriegerischen Vormunder.** Richter. *Dec. 48. num. 6.* ubi ideò Ao. 1628. m. Februar. non obstante hujusmodi insinuatione, à Collegio Jenensi, Andreæ **Jackhisch zu Eisenbergk** sic responsum recenset: **Daß die Erbnemmung/ alß wann eure Haußfrau keinen letzten Willen auffgerichtet/ anzustellen.** Idem, *ibid. num. 9.* ibi: **Sondern nur durch ihren Kriegerischen Vormund** &c. 125

Neque, 4tò, **per Consulem,** si nimirum is solus in Testatoris domum veniat, & ab illo privatim ordinatum Testamentum ad se recipiat: prout tùm à Jenensibus Jctis, Anno 1638. m. Aug. tùm ab Helmstadiensibus, ejusdem Anni mense Junio responsum fuisse, autor est Bechmannus, ad *tit. π. qui T. fac. poss. Observ. pract. 15.* 126

Neque, 5tò, **per Scultetum;** advertente Richtero, *d. Decis. 48. num. 6.* ubi sequens

quens Dnnor. Scabinor. Jenensium præjudicium exhibet: **Weil der** Testator **sein** Codicill/ **nur durch einen geschwohrnen Gerichts-Schultheissen übergeben lassen/so ist auch dasselbe zu Recht nicht kräfftig.**

130 Neque, 6tò, **per publicum Judicii Ministrum**; de quò ità Anno 1616. Dicasterium Jenense: **Ob Ihr nun wohl euern letzten Willen gelesen/ auch/ was Ihr/ neben benennung eurer Erben/ für** Legata **verordnen wollen/ selbst eingeschriben/ und hernach den Churfürstl. Sächsischen Cantzler und Räthen/neben einer** Supplication, **darinnen Ihr/ umb annemmung und verwahrliche behaltung desselben Testaments/ auch dessen Zeugen zuseyn/ gebetten/ die Ihr gleichfalls mit aigener hand unterschriben/ durch einen Cantzleydiener/ versigelt und verschlossen übersendet/ und darüber ein besigelte und** subscribirte Recognition **überkommen; so ist doch solch Testament/ weil Ihr es nicht selbst überantwortet/** uncräfftig. apud Richter. *d. Decis. 48. num. 7.*

131 Neque, 7timò, **per Notarium & duos Testes;** juxta illud, denuò in individuo, Ao. *1611.* à *laudato* Dicasterio Jenensi judicatum: **Weilen das Testament nicht der** Testator **selbst im Ampt** deponirt; **sondern durch einen hierzu** requirirten Notarium **und zween Zeugen hinterlegen lassen/ so ist dasselbe dahero uncräfftig;** apud Richterum, *d. Decis. 48. n. 4.*

132 Nec, 8vò, **per ipsius Judicii Actuarium, den Statt-Ampt- oder Gerichts-Schreiber:** Eo quòd utique Actuarii persona requiratur ad hoc, ut ipse testamentum Judici oblatum ad Acta illius Judicii referat; non verò, ut ipse personam Judicis, in testamento recipiendo, supplear. Ubi verò ad diversos actus duæ distinctæ Personæ requiruntur, ibi una illarum duplicato officio defungi haud potest. argum. *Leg. 9. §. 1. ff. d. autorit. tutor. Leg. ult. Cod. si propt. publ. pensit at.* ubi Bartholomæus à Salyceto. Pruckmann. *de regalib. cap. 4. membr. 3. effectu 3. num. 9.* Quomodo nostrum Collegium, d 27. Maji,

133 Ao. 1673. in tali causa pronuntiavit.

Neque, nonò, **per Literas, ab ipsô**

134 **licet Testatore plenariè exaratas & ad Judicem missas;** prout hoc plena manu exequitur Pistoris, *sæped. Q. 28. per integram.* Bened. Carpzov. *d. Def. 23.* ubi ità in tertio præjudicio Scabini: **Auff den fall aber solches Testament nicht von Euch persönlichen; sondern durch ein Schreiben bey den Gerichten hinterlegt würde/so möchte es/ alß ein** Testamentum, **zurecht nicht bestehen.** Addatur Richterus, *d. Dec. num. 7.* Mevius, *d. loc. n. 90.* Ludwell. *d. ultim. volunt. part. 2. pag. 187.* Joh. Philippi, *d. Obs. 4. num. 3.*

135 Imò, quòd, decimò, **nec de Testamento tempore Pestis ordinandô** diversum sentiendum sit, rursùs in individuo definitum videre est apud Richterum; ubi ità Ao. 1609. Collegium Jurid. Dominorum Jenensium: **Wann gleich** Anna **Krebsin/ zu Naumburg den 2. Novembr. Ao. 1607. zur zeit dawahlen regierender Pest/ ihrem Ehmann vermacht; dennoch/weil die Gerichte solchen ihren letzten Willen nicht von Ihr selbsten; sondern nur durch ihren Kriegerischen Vormunden vortragend angehört/so ist angeregter letzter Will zu recht nicht kräfftig.** *d. Decis. 48. num. 9.* Quam in rem tamen etiam nonnulla videri possunt apud Brunnemann. *centur. 2. Decis. 63.*

Sed &, quòd, undecimò, nec **Magistratus,** 136 nomotheticâ videlicet potestate destitutus, **hoc Requisitum remittere valeat,** argum. *Leg. 1. §. 1. ff. d. fer.* nuncupatim advertit Dnus Lauterbach. *d. th. 14.*

In tantum, ut, licet hujus generis Magistra- 137 tus, à Testatore requisitus, Scabinos ad illum, ut testamentum domi conscriptum ab ipso recipiant, ablegare recuset, & per alias personas fide dignas sibi id præsentari & insinuari jubeat, addens, se Testamentum perindè habere velle, acsi ipsemet Testator id Actis publicis insinuâsset; tamen etiam illud invalidum & nullum pronuntiare haud dubitaverunt Domini Lipsienses, apud Berlichium, *Decis. 94.* ubi latè in hunc ipsum articulum inquirit; ut & apud Carpzovium, *d. C. 3. D. 24.* ubi elegans eorundem præjudicium exhibet. Quibus addesis, quæ eidem sententiæ subscribendo commentatur D. Lauterbach, *cit. loc.* Richter. *d. Dec. 48. n. 8.* Mevius, *d. l. n. 92.* Herold. *d. loc. n. 41.*

Et quòd denique, 12mò, eô etiam in casu, 138 si Testator, suæ domi, Scripturam, suam ultimam Voluntatem complexam, nullô Teste adhibitô, ipse conscripserit, eamque posteà **publicus Notarius in Curiam deportaverit, ibique à VII. testibus, tumultuariè collectis,** qui Testatorem non ipsi viderunt & audiverunt, **subsignatam & subscriptam Judici insinuaverit,** Testamentum nihilominùs ipso jure nullum sit, operosè stabilit Hieron. Pantschmannus, *practicar. Qq. lib. 2. Q. 23. per tot.* juxta cujus doctrinam etiam accipienda sunt, quæ tradit Carpzovius, *d. Const. 3. Def. 23. in fin.* & *lib. 5. Resp. 56. num. 8.* David Mevius, *d. artic. 2. num 91.* Hartm. Pistoris, *d. Q. 28. in fin.* Berlich. *p. 3. conclus. 4. num. 36.* Philippi, *d. Obs. 4. num. 4.* Stephanus Gratianus, *disceptat. forens. cap. 312. num. 31. & mult. sqq.*

Und diser bißhero wohlbevöstigten Außfüh- 139 rung mag durchauß nicht abbrechen/ was in præcedentibus, pro contraria sententia, **an- und außgeführet worden:**

Nicht/ pro primo, **der allkundige und un-** 140 **strittige** Canon philosophico-juridicus, quòd ea, quæ

ea, quæ quis per alium facit, ea ipse feciſſe intelligi debeat, & quòd regulariter vicariâ aliorum, in negotiis civilibus expediendis, operâ uti liceat: **Angeſehen diſe** Regula **nicht alleine in denen** actionibus Legis ſive actibus legitimis; **ſondern/ und fürnemlich/ auch in dergleichen** Actibus notabiliter limitirt **wird/** in quibus ipſius Agentis præſentia, vel ob actûs illius ſolennitatem, & ad Formam ejusdem,
141 (Quam per æquipollens impleri haud poſſe, tralatitium eſt. Alderan. Maſcard. *de generali Statut. interpr. concl. 9. num. 62.* Tiraquell. *de LL. connubial. gloſſ. 6. num. 26.* Cacheran. *Deciſ. Pedemont. 163. num. 4. cum ſqq*) vel ad Fraudes eô meliùs & feliciùs evitandas, ab ipſa Lege ſpeciatim **erfordert wird**: Jungat. Carpzov. *J. F. p. 3. C. 3. D. 24. num. ult.* Idem, *lib. 6. Reſp. 19. num. 14.* Dan. Moller, *d. cap. 5. num. 11.* præſertim verò Domini Antecc. Altorfini, *Reſp. 77. pag. 501.* ubi ſcribunt, talem Actum, ad cujus ſolennitatem alicujus Præſentia requiritur, & quidem ità, ut audiri & videri poſſit, per Procuratorem expediri non poſſe.

142 Quòd verò Præſentia perſonæ teſtantis, in quôlibet Teſtamentô, à quacunque Perſonâ, quocunque Locô, Modô, & Tempore id conficiendum ſit, per univerſalem tùm Romanarum, tùm Germanicarum LLum diſpoſitionem, abſolutè & ſimpliciter efflagitetur, ità quidem, ut non ſatis ſit, Teſtatorem præſentem eſſe; ſed & oculis & auribus omnium Teſtium is expoſitus eſſe debeat, jam ſuperiùs audivimus, ex *L. 9.* ubi ità Auguſti: *Si non ſpeciali privilegio patriæ tuæ Juris obſervatio relaxata eſt, & Teſtes non in conſpectu Teſtatoris teſtimoniorum officio functi ſunt, nullo jure Teſtamentum valet. Cod. d. teſtam. L. 12. L. 21. Cod. eod.*

143 Et hoc quidem ex ea prudentiſſimâ ratione, ut in ultimis Voluntatibus, ubi fato abrepti arbitrium non redit, omnia cum ſummâ ſyncéritate procedant, omnesque fraudes & fallaciæ evitentur, quæ ſicuti in ultimis Voluntatibus frequentiſſimæ; notante Cyno, ad L. *8. Cod. Q. T. fac. poſſ.* Jul. Claro, in *R. S. §. Teſtamentum. Q. 59. num. 4.* poſt Dauthium, & Alexandr. Brunnemanno, ad *d. L. 9. num. 2. Cod. d. teſtam.* Chriſtinæo, *Decc. Belgic. vol. 4. Deciſ. 7. num. 5.* P. Peckio, *de teſtam. conjug. lib. 4. cap. 13. num. 1.* ubi vide omninò. Reuſnero, *de teſtam. part. 3. cap. 12. num. 5.* Mundio à Rodach, *vol. 1. conſ. 3. num. 92.* Richtero, in *conſſ. vol. 2. conſil. 297. num. 23.*

Ità non ſolùm major Teſtium numerus hîc
144 requiritur; *L. ult.* ibi: *Lex etenim, ne quid falſitatis incurrat per duos forte Teſtes compoſitum teſtamentum, majorem numerum teſtium expoſtulat, ut per ampliores homines perfectiſſima Veritas reveletur. Cod. d. fideicommiſſ.*

145 Sed & porrò hæc duo conjunctim requiruntur, ut iidem Teſtatorem tùm audiant, tùm videant; *dd. txx.* eleganter Harpprechtus, ad *Jul. Clar. §. Teſtamentum. Q. 59.* Paul. Chriſtinæus, *Decc. Belgic. vol. 4. Dec. 7. num. 5.*

Eo quòd Fraudes & falſitates non aliter evi- 146
tari queant, quàm hâc ipsâ ratione, ſi Teſtes Teſtatorem ipſi audiant & videant; ut ex ipſa infallibili rei evidentiâ oſtendit Carpzovius, *J. F. p. 3. C. 4. D. 10. num. 7.* Manzius, *de teſtam. val. & invalido, tit. 4. Q. 1. n. 84. & ſqq.*

Adeò, ut, ſi paries, aulæa, vel velum 147
inter Teſtes & Teſtatorem intercedant, ſic, ut illum audire quidem; ſed videre non poſſint, tunc totum Teſtamentum omninò ſit nullum. Sichard. ad *d. L. 9. n. 2. Cod. d. teſtam.* Richter. ad *eand. L. num. 5.* Chriſtinæus, *d. l.* Wiſſembach, ad *d. L. 9. Cod. d. teſt.* Lauterbach, *d. ſolennit. teſtam. th. 13.* Brunnemann. *d. l. n. 3.* Heeſer. *d. acq. conjug. part. 2. Loco 4. n. 185.* optimè Stephan. Gratianus, *diſcept. for. cap. 849. num. 33. & ſqq.*

148 Cùm itaque in illis, quæ publicâ fide ordinantur, Teſtamentis, præter ſolam illam Teſtium Solennitatẽ, nihil remiſſum ſit; ut ex toto contextu *Legis 19. Cod. d. teſtam.* & præprimis ex his ejus ultimis verbis: **Si ei alia nocere non poſſint**, haud obſcurè eluceſcit, & rectiſſimè concludit, poſt Jaſonem, Piſtoris, *d. Q. 28. num. 18.* Steph. Gratianus, *diſcept. forenſ. cap. 312. num. 64.* ubi dicit: Præſentiam Judicis bene facere, ut teſtamentum valeat, non obſtante defectu Teſtium: in reliquis autem impedimentis nihil operari. Paulus de Caſtro, & DDres commr. ad *d. L. 19. Cod. d. teſtam.* Vincent. Carocius, *tr. de excuſſ. bonor. part. 2. Q. 44. num. 7. fol. 360.* Thomas Merckelbach, apud Klock. *tom. 3. conſ. 102. num. 88.*

Et haud dubiè noſtræ LL. ab his quoque 149
Teſtamentis, omnes fraudes & falſitates quam longiſſimè remotas velint; per illa ſæped. *Leg. 19.* verba: Sicut ergò **Securus** erit: ut & illa: Inter **tot nobiles probatasque perſonas**, etiam **conſcientiam Principis** tenet. juncta *L. 8.* ibi: *Nec locum ullum relinquit inſidiis* **tot oculis** ſpectata, *tot inſinuata ſenſibus. Cod. qui T. fac. poſſ.* & iis, quæ differit Dominicus de Magdalenis, in *tract. de numero Teſtium in teſtam. part. 1. cap. 2. per tot.* Johann-Petrus Actolinius, in *Reſoll. Jur. Reſol. 26. n. 27.* Menoch. *conſ. 695. n. 8. & ſqq.*

Atque, ut ſuprà pariter jamjam notavimus, 150
Judex, aut Magiſtratus, aut qui ab illis ad hujusmodi Teſtamenti ordinationem deputantur, **ſeptem Teſtium vicem ſuppleant**; imò ipſimet Principes illam omnem Teſtamenti ſolennitatem, quæ in legitimâ Teſtium adhibitione conſiſtit, in hujusmodi Teſtamento, quod publica Actorum fide conficitur, non tàm remittere, quàm, per Judicis Præſentiam, (penes ipſum Teſtatorem) pleniorem, majorem, atque potentiorem, reddere voluerint;

(Jungat.

Jungat. Bachovius, ad Treutler. *vol. 2. Disp. 10. th. 6. lit. I.* ad verba: *Coram Principe, vel apud Acta.* quare haud dubitandum, quin etiam hîc Testatoris *præsentiam*, ut nimirum hîc quoque perfectissima Veritas eo meliùs reveletur, & his etiam Testamentis sua constet synceritas, Lex præcisè efflagitet, & vicariam alterius, ceu cum tanto falsitatis periculo conjunctam, sive Procuratoris, sive Nuncii operam omnimodò hinc exclusam velit.

152 Adeatur omninò Georgius Beatus, *d. tit. 8. num. 6. cum sqq.* Ludwell. *d. ult. voluntat. part. 2. pag 187.* Daniel Moller. *d. cap. 5. n. 6. & sqq.* Hartm. Pistoris, *d. Q. 28. num, 20.* ubi optimè scribit, eas Solennitates, quæ ad ipsam rei veritatem recognoscendam necessariæ sunt, in Testamento apud Acta condendo minimè remissa censeri debere; præsertim cùm ipsa naturalis Ratio cuivis hoc facilè persuadeat, neminem de negotio, se absente peractô, & cui ipse non interfuit, testimonium certum perhibere valere.

153 **Auß welchem auch diser zweitten** Rationi Dubitandi, quòd nihil interest, utrum ex Æquipollentibus fiat, sufficientissimè **begegnet werden kan / indem / Erstlich / auch dise Regul in denen** negotiis, quæ certam suam formam à Jure statutam habent, notoriè limitirt **wird /** ita nempe, ut illud, quod ad solennitatem vel ad formam actûs pertinet, per æquipollens impleri haud possit: Baldus, Angelus, Imolens. Alexander & Jason, ad *L. 2. d. lib. & posthum.* post plures Tiraquell. *tr. de LL. connubial. gloss. 4. ad verb. Consentiunt. Q. 4. vers. Ejus ratio est.* Peck. *de test. conj. lib. 3. cap. 5. n. 1.* Boer. *Decis. 1. num. 45.* Asinius, in *praxi judiciar. §. 3. cap. 36. num. 12. & cap. 37. num. 1.* Cravetta, *cons. 137. num. 4.* Beatus, *d. l. n. 11.* Moller. *d. cap. 5. num. 11.*

154 **Auch /** 2dò, **dises gar nicht gesagt werden kan /** quod præsentia Nuncii, vel Mandatarii, aut Procuratoris, præsentiæ Testatoris in proposito, æquipolleat: **in nochmahliger betrachtung / daß die jenige untrigliche und unzweiffliche** Certitudo Voluntatis Testatoris, quam Jus nostrum Romanum tàm sollicitæ & sanctæ curæ cordique habet, **und die Selbiges** præcisè ex ipsiusmet Testatoris præsentis ore, **von den siben Testaments-Gezeugen / oder andern Personen / vor denen ein jedes Testament gemacht wird /** ad prudenter declinandas omnes fraudes & fallacias, **erlernt haben will / unmöglich so sicher / alß dises** saluberrimum præscriptum **erfordert /** Testatore
155 absente, **obtinirt werden kan / indem / wann gleich zuweilen ein solcher** Mandatarius, Procurator, **oder** Nuncius **ein redlicher Mann ist / und das Jhme anbefohlene** apud Acta Judicii, fidelissime **hinterbringt; solches dennoch zum öfftern bey andern ermanglet** (Conferantur, quæ in simili notabiliter differit Vincentius Carocius, *Decis. 131. num. 25. & 26.*) **und in-**

numeræ Falsitates, **durch solche mit Geld** corrumpirte **und verblindete** Mandatarios **oder** Procuratores **begangen / auch fürnemlich bey auffrichtung der Testamenten und anderer letzter Willen /** in absentiâ Testatoris, **der ursachen / desto leichter** committirt **werden können / indem nicht allein die** Testirere / eo tempore, quô sua testamenta conficiunt, haud 156
rarò semimortui, **oder wenigstens** suæ mortis cogitatione turbati, **die** ad Fraudes avertendas **nöthige** sollicitudinem **nicht mehr anwenden können;** *L. 15.* ibi: *Quæ fortè seminecis. Cod. d. testam. L. 8.* in verbis: *Cùm humana fragilitas, mortis præcipuè cogitatione perturbata. Cod. qui T. fac. poss.*

Anbey alle Testamenta, **ererst nach der** te- 157
stirenden **Personen Tod / zu ihrem** Effect **kommen / da nunmehro der** Testator **nicht mehr im leben / und also von dem / was sein wahrhaffter und gründtlicher Wille gewesen sey / keine nachricht mehr geben / und ein solcher betrüglicher** Procurator **oder** Nuncius **seiner Boßheit und Betrugs unmöglich von Jhme / oder Jemanden andern / convincirt werden kan; sondern auch eben hierdurch / daß à fide & candore unius Personæ,** seu unius solius Mandatarii, vel Nuncii, **ein solch wichtiges Geschäfft /** in quô de universo Testatoris patrimonio, in Heredem transferendo agitur, totaliter dependi**ren solle / den besorgenden** Falsitatibus **Thür und Thor geöffnet wird.**

De quô ità gravissimè Antonius Faber: Lon- 158
gè majus est periculum Falsi comminiscendi in Testamentis: ideoque majori cautione opus est, ne qua ei comminiscendo fenestra pateat. Nam in Contractibus, qui fiunt inter vivos, pendentque non ex unius hominis; sed ex Duorum pluriumve voluntate, multa sunt, quæ contractum præcedunt vel sequuntur, ex quibus facile sit colligere, quid verè gestum sit à contrahentibus, & consequenter, quid falsò ab iis gestum fingatur; præsertim verò, si effectum aliquem contractus habuerit, sive ex utraque, sive ex alterutrâ parte, sive nullum. Sequuta observatio eorum magnum præbet argumentum eorum, quæ præcesserunt, vel non præcesserunt. Ast in testamentis nihil tale tra- 159
ctari potest, quæ, cùm ex solius voluntate Testatoris pendeant, eaque Voluntas nullum effectum habere possit, nisi mortuô demùm Testatore, longè facilius est, ut fingatur, Testatorem voluisse, ac dixisse, idque neque voluerit unquàm, neque dixerit; nisi ab initio & ab ipso faciendi Testamenti tempore provideatur tàm multis adhibitis Solennitatibus, ut non sit posteà laborandum in probandâ Testamenti Veritate; sed tantùm in adjuvandâ, si opus erit, aut interpretandâ defuncti hominis voluntate. Propterea fatendum est, **nunquàm** 160
permitti oportere, ut Testamenti fides

ex Hominis unius, quantumvis Notarii publici, testimoniô pendeat &c. in *tract. de errorib. pragmaticor. decad. 67. error. 2.* Quibus paria legimus apud Actolinium, in *Resoll. Jur. Resol. 26. num. 86. cum sqq.*

161 **Wannenhero/und da freilich auch ein Richter so leichtlich / alß andere Leuthe /** per malitias hominum decipirt **werden kan / nicht der wenigste zweiffel bey uns übrig verbleibt / daß die / in so vielen heilsamen** Constitutionibus seriò **requirirte/und in denen** Testamentis, quæ vel Scrinii Principalis, vel Actorum Judicii publicâ fide ordinantur, **nirgendswa** relaxirte Præsentia Testatoris, **in allweg auch bey diser Testamenten auffrichtung** præcisæ Necessitatis **sey.**

162 **Dann auch/ wann wir hiebey noch weiter gehen/und uns gleichwohlen in unsern Rechten / nach einem dergleichen** Æquipollenti, **welches die stelle der** Præsentiæ Testatoris **zuvertretten genugsamb erachtet werde/ umbsehen/ so können wir solches/ wie nemlich dasselbe beschaffen seyn müsse / nicht besser beurtheilen/ alß** ex illâ nobilissimâ Lege finali, *Cod. d. fideicommiss.* **alß waselbsten der löbliche Kayser** Justinianus, **an statt des** septenarii, in solennibus Testamentis necessarii Testium numeri, hâc ipsâ specificâ atque novâ suâ Lege, **ein** Æquipollens **zwar** admittirt; **aber nicht ohne unterscheid und** promiscuè **ein jedes und insonderheit nicht einen von des Testirers selbsteigener Hand /** præsentibus licet complurибus Amicis, **an seine Kinder oder andere Erben /** indubitatò **geschribenen Brieff/ auch nicht eine/nur vor Sechs/oder wenigern Zeugen /** licet summè seriò & enixissimè declaratam Voluntatem, ut prolixè demonstrat Collega noster, D. Harpprecht. in *tract. de Remedio Legis ult. Cod. d. fideicomm. cap. 4. th. 13. & 14.* **sondern einig und allein eine solche untrügliche und durchauß keinem zweiffel unterworffene** Voluntatis declarationem, **quâ ipse Testator, futuro Heredi, ipse Præsens, Præsenti, entweder von mund auß / oder mittelst einer Ihme einreichender Schrifft / seinen liebsten letzten Willen zuwissen macht / zuläst:**

163 Verissimè siquidem de tali casu, ubi ipsi Heredi, cui præsenti Testator ipse omnia commisit, de illius Voluntate plenissimè constat; ubi nulla suspicio vel de subornatione Testium, vel de imitatione scripturæ Defuncti subesse potest, ubi sic declarata defuncti Voluntas ipsius Heredis conscientiam tenet, (argum. *Leg. 19. Cod. d. testam.*) ubi propria atque indubitata fides ab ipsômet Testatore securissimè electa est, noster Justinianus: Cùm, inquit, is ipse, qui aliquid ex defuncti voluntate lucratur, & maximè ipse Heres, cui summa totius causæ autoritas commissa est, dicere compellitur veritatem per sacramenti religionem, **quis locus Testibus hîc relinquatur? vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propriâ & indubitatâ fide relictâ?** Jungat. Pantschmann. *pract. Qq. lib. 2. Q. 7. num. 12.* Vincent. Fusarius, *consil. 83. num. 26. in fin.* Fernand. Vasquius, *de success. creat. lib. 3. §. 23. num. 5. in fin.*

164 **Gleichwie nun** ex his apertissimis verbis **Sonnenclärlich zu tag leuchtet/ daß nicht ein jedes zweiffelhafftes** Æquipollens, in hac ardua ultimarum Voluntatum materiâ, ab ipso Principe & LLatore admittirt **werde; ja gar /** ante hanc novam Justiniani sanctionem, **auch dises** omninò infallibile Æquipollens **nicht** practicabel; **sondern solcherley** Testamenta, antequàm novæ hujus Legis assistentia accederet, **nicht gültig gewesen;** per §. *ult.* ibi: *Nuper & Nos* **Constitutionem fecimus.** *Inst. de fideic. heredit.* Bachov. ad Treutl. *vol. 2. D. 13. th. 6. lit. a. & b.* ibi: **Remedium novum** *inducit hîc Justinianus.* Joh. Harpprecht. ad *d.* §. *ult. num. 1.* in verbis: *Proponitur hôc* §. **jus novum** *à Justiniano Imperatore introductum.*

165 **Also zeigt sichs von selbsten / daß auch in** Testamento judiciali **kein anderes** Æquipollens, quàm quod ipsimet Principes & LLatores, nuncupatim in illô, ceu & ipsum infallibile & pariter indubitatum, admiserunt, nempe loco septenarii Testium numeri, **Præsentia & Autoritas ipsius Judicis,** Testatoris ipsius personam coràm videntis & audientis, **zu admittiren / und was also hingegen** in sæpedictâ *Lege 19. Cod. d. testam.* de Præsentiâ Testatoris, in quócunque Testamento, absolutè, generaliter, & præcisè præscriptâ, nullo modo relaxirt **und** à Regulâ excipirt **zufinden / ja /** absque certissimô falsitatum periculo, **nicht einmahl** ab hâc Regulâ eximirt **werden können / bey derselben durchauß gelassen werden müsse.**

166 Quod enim nova Lege correctum non est, LLum veterum regulis validissimè relictum intelligi debere, nemo ullus est, qui nesciat. *L. 27. Cod. d. testam. L. 32. Cod. d. appellat. L. 35. princip. Cod. d. inoff. testam.*

167 **Und hiemit fället auch das jenige alles/ was in der dritten** Ratione Dubitandi, **von disem / daß in denen** apud Acta Judicii ordinandis Testamentis **das blosse** Jus Gentium attendirt **werden müsse / von selbsten zu boden: Sintemahlen / nebst deme / daß von disen** Testamentis **gleichwohlen sonst Niemand / alß der einige** Vasquius, **so laxè und frey redt / also / daß Er dahero sich selbsten berühmet /** hoc ipsius inventum esse; *d. success. creat. lib. 2. §. 2. num. 66.*

168 **So ist es an deme / daß auch** ex saniorum Gentium placito, **zu einem beständigen und gültigen Testament eben nicht eine jede** Voluntatis declaratio sufficient **ist; sondern es wird erfordert / daß auch** hôc Jure **ein Testa-**

ment

ment in gegenwart zweyer Zeugen verfertiget werde: B. Dn. Assessor Mauritius, *consil. Chilon. 4. num. 10.* ubi hactenùs diversum sentientem Grotium, in consultat. Hollandic. refutare haud dubitat. Paulus Christinæus, *Decc. Belgic. vol. 6. in Consuetud. feudor. Decis. 39. n. 36.* ibi: *Sufficere possit probatio ordinaria duorum quorumcunq; fide dignorum testium, cùm in talibus sufficiat probatio Juris Gentium.* Carpzov. J. *F. p. 3. C. 4. D. 13. num. 4* ibi: *Nec de Iure Gentium valet relictum absque duobus testibus adhibitis.* Dauth. ad *L. 21. §. 1. num. 40. Cod. d. testam.* Thoming. *Dec. 4. num. 5.* Petrus Crispus, ad *rubric. de legat. 1. num. 47.* ibi: *De jure Gentium nuda voluntas sufficiebat,* saltem tamen duobus testibus *probata.*

170 Et cùm utique Præsentia simùl & auditum, & visum importet; argum. *L. ult.* & *ibid.* à DDb. annotatorum. *ff. d. V. S. Cap. 2. x. d. consuetud. Nov. 1. cap. 3.* post alios Barbosa, *lib. 14. cap. 65. axiom. 1.*

171 Et hoc quidem utrumque, nempe Visus & Auditus, non ex aliqua civili; sed huic, maximè naturali Æquitati innixâ, Ratione requiratur, ut ipsa hujus ardui negotii Veritas satis cognosci possit, omnesque fraudes & fallaciæ excludantur; per hucusque firmata: Quare ultrò patescit, quòd, concessô quoque hôc, quòd in Testamento apud Acta condendô sola etiam Juris Gentium simplicitas sectanda sit; tamen nondùm sequatur, quòd Præsentia Testatoris, ità nempe, ut Judex eum ipse præsentem audiat, & videat, in eôdem relaxata sit.

172 Ex quo rectè Finckelthusius: Ratio, inquit, Vasquii principium petit. Probandum enim est, quòd de Jure Gentium Testis, de actu Testatoris, non visi, testimonium ferre possit: Reclamat textus in *Can. Testes. 15. Caus. 3. Q. 9.* ibi: *Nec de aliis causis vel negotiis testimonium dicant, nisi de his, quæ* sub præsentia eorum

173 *acta esse noscuntur. Observ. 14. Q. 2. num. 24.*

Et pleniùs nonnihil Beatus Mevius: Nihil ultrà, inquit, ex communi Gentium ratione & jure ad istam desideratur, quàm ut constet, & probetur, quod in scriptura habetur, esse ultimam Testatoris Voluntatem, inque eâ nihil falsitatis committi. *L. ult. Cod. d. fideicomm.* Hujus causa Solennitates omnes testamentariæ inventæ & constitutæ sunt. Statutis verò & Moribus remitti ex istis omne id potest, sine quô illud constabit. Sed quis dubitat, si ultimum elogium conditurus tabulas exhibeat publicis personis, in iis ultimam voluntatem contineri, suumque testamentum esse velle declaret, indè sufficiens esse conditi

174 testamenti documentum? Ad Testam. enim judiciale tria hæc saltem desiderantur, Judicis autoritas, Testatoris præsentia, & Dispositio; circa quam nihil porrò desideratur, quàm ut Testator declaret voluntatẽ suam, & Judex, vel qui ejus vice deputantur, ex Testatoris ore percipiant, quod conditur, esse ultimam Voluntatem. In hoc quippe, ut Scabini Testatoris declarationem ex ore ejus perceperint, eumque viderint, omnis Testamenti judicialis Substantia verè consistit. Sed, si quæ non ad Probationem necessaria sunt, seu sine quibus fides Testamenti apparet, non requiruntur in testamento apud Acta. Relictum id in terminis Juris Gentium, atque, præter legitimam probationem, aliud nihil desiderat: Quando ergò ad hanc sufficit, Testatorem coram Judicio dicere, in tabulis suum comprehendi testamentum, an ultrà desiderabitur subscriptio? &c. Ità ille, *consil. 40. num. 87. 88. 89. 91. 92. & 107.*

Ja/wann dise Solennitas, ut personam Te- 175
statoris testes testamentarii & audiant, & videant, ne quidem in illo, nostris Moribus quàm maximè privilegiatô, Testamento, quod tempore Pestis fit, & de quò passim haud postremi subsellii Autores contendunt, quòd omnis in illo Solennitas pariter usque adeò remissa sit, ut solum Jus Gentium & Naturale in eodem dominetur:

prout equidem DDres passim scribere ob- 176
servavit Antonius Faber, in *tract. de errorib. pragmaticor. Decad. 36. error. 2. num. 1.* ibi: *Interppr. inquiunt.* & post Jasonem, tradit Beyer, in *erotemat. jurid. de Peste, Decad. 3. erotem. 3.* ibi: *Tantùm Ius Naturale seu Gentium observatur.* Bened. Carpzovius, *I. F. p. 3. C. 4. D. 3. n. 6.* verbis: *In Testamentis tempore Pestis tantummodò Ius Gg. observatur.* & *Def. 8. num. 3. & 4.* post Jason. Tusch. & Gailium, Philippi, *in Observat. ad noviss. Decc. Electoral. Saxon. Dec. 46. Obs. 3. num. 10.*

dennoch nicht relaxirt zuachten; sondern 177
præcisè observirt werden muß: hâc præcipuâ Ratione, quòd in omnibus Testamentis omnia palàm & apertè ideò fieri debeant, ne aliqua Fraus vel Falsitas committatur: Licet enim Necessitas multas Solennitates in illo relaxet; tamen illas haudquaquàm, quarum relaxatione fraudibus via aperitur. signanter Tuschus, *practic. concluss. lit. N. concl. 20. n. 1.* ibi: *Quia non aperitur via falsitatibus, etiam stante Necessitate.* in terminis Menochius, *d. arbitrar. Jud. Qq. lib. 21. cas. 475. num. 23. in fin.* ibi: *Et rectè meâ quidem opinione.* Farinac. *de testib. Q. 69. cap. 6. num. 185. vers. amplia.* Petr. Gilken. ad *L. 9. num. 2. vers. Sed tamen fatendum est.* Brunnemann. ad *eand. L. 9. n. 3. Cod. d. testam.* ubi optimè ad rem: Hoc, inquit, ut Te- 178
stes Testatorem videant, etiam in testamento tempore Pestis facto necessarium dixerim: Nam facilè aliàs Fraus committi possit, quæ hîc, etiam Jure Gentium, maximè evitanda. Idem, ad *L. 21. num. 4.* ubi ità signanter: Q. An in testamento tempore Pestis etiam requiratur, ut omnia palàm fiant, & ut Testator conspiciatur à testibus duobus, ejusque vox exaudiatur,

tur, & adeò nullum sit testamentum tempore Pestis confectum, si Paries sit intermedius? Aff. hoc, quia hæc ad excludendam Fraudem, **non pro Solennitate**, requiruntur, & sic **Jure Gentium hoc est necessarium.** *ff. qui T. fac. poss.* Heeser. *d. acq. conjug. part. 2. Loco 4. num. 188.* Jacob. Schultes, *pract. Qq. part. 1. Q. 22. num. 10.* ibi: *Non rogatis; sed quoquo modo præsentibus.* Finckelthaus, *Obs. 14. Q. 2. à num. 14. usq; ad num. 26.* ubi jungesis Præjudicium. Carpzovius, *J. F. p. 3. C. 4. D. 10.* ubi plura Lipsiensium præjudicia exhibet.

179 **So ist vielmehr auch von denen** / apud Acta Judicii ordinandis, Testamentis **beständig darvor zuhalten / daß /** ex Rationis identitate, **auch die Richtere oder Obrigkeiten / vor denen** Testamenta ordinirt **werden / die** testirende **Persohn / zu heilsamer verhütung alles Betrugs / ebenmässig selbsten sehē und hören müssen.** arg. *L. 10. cum sqq. d. LL. L. 32. ad L. Aquil.*

180 Faciunt tradita B. Johannis Tesmari, in *not. ad Grot. lib. 2. cap. 6. §. 14.* ubi refert Constantinum (ut videtur in *L. 15. Cod. d. testam.*) **nil nisi essentialia Juris Naturæ,** in condendâ suprema voluntate, sanxisse, ità nempe, **ut,** si qui sine scripto testari malint, id facerent adhibitis duntaxat **Testibus idoneis, qui fidem servare absque mendacio possent.** Ut &, quæ de Indorum testamentis commentatur Johannes de Solorzano Pereira, *de jure Indiar. tom 2. lib. 1. cap. 27. n. 74. & 75.*

181 **Dessen endlich hiebey nicht zugeschweigen / daß / obschon dises** / ut Testes, **in ipsius Testatoris conspectu,** Testamentum **suâ manu & sigillis communiant,** sicque Testimoniorum officio fungantur, **per Privilegium** à Principe indultum, **relaxirt werden kan;** tx. expr. in *d. L. 9.* ibi: *Si non* speciali privilegio &c. *Cod. de testam. ibiq;* Sichard. *num. 1.* Paulus de Castro, *num. 1.* Richterus, *num. 13.* Salycet. *num. 2. vers. non obstat Glossa hîc posita.* ubi vide omninò.

182 **Jedoch dises hingegen** / ut Testes omnes Testatorem non ipsimet audiant & videant, **von rapferen DDbus darvor angesehen wird /** quòd id, ex sæpedictâ Falsitatis & Fraudis evitandæ Ratione, **nullô** etiam **Privilegiô,** (Quamvis aliter sentiat Sichard. ad *d.* L. *num. 1.* Wissembach. *ibid.*) induci, vel indulgeriqueat; **eo quòd Princeps non possit naturalem immutare rationem.** Jul. Clarus, in *Rec. Sent. §. Testamentum. Q. 59. in addition.* ubi istam sententiam appellat **communem.** Quam & sequitur Christophorus Philippus Richterus, ad *d. L. 9. num. 4. Cod. d. testam.* nec improbat Manzius, *de testam. val. & invalido, tit. 4. Q. 1. num. 86.* & ex ipsa, ut putamus, rei evidentiâ statuminat Salycetus, ad

183 *d. L. 9. n. 2.* ubi: *Quæro,* inquit, *an per rescriptum Principis possit concedi, quòd Testamentum possit fieri pariete intermediô inter testes & Testatorem? Et videtur, quòd sic. Sed teneo contrarium, quia* impossibile est, testimonium Veritatis perhiberi per testem, qui non vidit Testatorem; *cùm testimonium requirat visum, maximè in testamento. Undè, licet potestas Principis sit suprema; tamen ratio naturalis per eam non potest immutari vel tolli &c.*

184 **Allermassen die DDres auch beständig darvor halten /** quòd hoc ipsum Requisitum etiam in privilegiario Testamento **inter Liberos,** ut & aliâ quâcunq; supremâ Voluntate necessarium sit; ut id optimè, contra Vasquium, confirmat Pruckmannus, *vol. 1. consil. 12. n. 93. cum sqq. & num. 139. cum sq.* Heeser. *d. l. num. 186. & sqq.* Bachovius ad Treutl. *vol. 2. Disp. 10. th. 5. lit. C.*

185 **Was in der vierten** Ratione Dubitandi de Donatione inter vivos **gemeldt wird /** quòd videlicet illius insinuatio per Procuratorem benè fieri possit, **mag disen Rechtsatz:** Quòd per Procuratorem testari haud liceat, **wie in andern**

186 speciebus Testamentorum; **also auch** in hac specie publici Testamenti, nempe Judicialis, **nicht** infringiren: Cùm de Donatione, non minùs ac cæteris negotiis inter vivos, generalem & specialem Legis concessionem habeamus, quòd videlicet illa, Regulariter, per Nuncium, vel Procuratorem, benè expediri possint: Sed è contra de Testamentis, & aliâ quâcunque supremâ Voluntate hanc contrariam Regulam Juris nostri conditores seriò & enixè nobis inculcent, quòd nec Procuratoris, nec Nuncii operâ hic uti liceat; sed tùm ille, qui Testamentum, sive illud solenne, sive minùs solenne, tùm & qui Codicillos, vel mortis causa Donationem ordinat, præsente legitimo Testium numerô id facere debeat. Jungat. Richterus, ad *d. L. 9. num. 7. Cod. de testam.* ubi scribit: Hoc assertum, quòd præsentia Testium, quoad conspectum ipsius Testatoris, necessaria sit, non solùm in solenni, seu in scriptis confectò, seu

187 nuncupativô Testamentô; sed & in Codicillis, & aliâ quâlibet ultimâ Voluntate obtinere. Quam & **communiorem,** insimùlque **veriorem** Interppr. opinionem appellat Nicolaus Reusnerus, *de testam. part. 3. cap. 13. n. 16.* Adeatur omninò Dn. Lauterbach. in *Diss. de Nuncio, cap. 7. th. 32. & 33.* ubi idem de

188 Testamento, Legato, Fideicommisso, & **mortis causa Donatione** optimè statuminat. Carpzov. *p. 3. C. 1. D. 30. & 36.* Pruckmann. *lib. 2. consil. 1. num. 109.* & *n. 173.* Moller. in *semestr. d. cap. 5. num. 12.*

189 Cùm itaque de Testamentis, & mortis causa Donationibus expressam aliam, & aliam è contra de Donationibus inter vivos, sanctionem habeamus, non est, ut anxiè in diversi hujus Juris Rationem inquiramus. Quamvis pressiùs rem rimantibus hanc verissimam Rationem Carpzo-

Carpzovius exhibeat, quòd in Testamentis & mortis causa Donationibus, autoritas Judicis, & coram eodem facta insinuatio, in locum & vicem Testium succedat; ità nempe, ut Judex illam testamentariam Solennitatem, quâ Testes privati, Testatoris personam ipsi audire, & videre tenentur, suâ præsentiâ, eodem modo, suppleat, ut nimirum & ipse Testatorem, vel m. c. donare volentem ipse audiat, & videat:
190 Cùm è diverso Donatio inter vivos Testes planè non ad aliquam Solennitatem; sed solummodò ad Probationem requirat, ac propterea istud, quod Solennitatis ex præsentia Testatoris coram Testibus dependet, & per Judicis præsentiam suppleri debet, ad hanc Donationem, utpote etiam nullô adhibitô Teste, ex solis Literis, quibus illam probari, expressus probat tx. in *d. L. 31. Cod. d. donation.* notoriè valentem, malè accommodetur. Ità ferè Carpzovius, *lib. 5. Resp. 56. num. 21. & sqq.* Cum quo etiam transit Joh. Philippi, in *Obs. ad noviss. Decc. Electoral. Saxon. Dec. 22. Obs. 4. num. 15. cum sqq.*

191 **Die fünffte** Ratio Dubitandi, quòd etiam Principi Testamentum, per Nuncium, vel Procuratorem offerre sit integrum, **hat einen so grossern schein / weilen diese** sententia **auch bey unserem** Collegio recipirt **zu seyn scheinen möchte / indeme dieselbe im** Compendio lectionum B. Lauterbachii, ad *tit. π. qui T. fac. poss.* expressis his verbis inseriret **zusinden:** Requiritur hîc Testatoris ipsius (**Etiam per Procuratorem** *.19. in fin. Cod. d. testam.*) Oblatio.

192 **Aber / daß diese Wort / des seel. Herrn** Autoris apertissimæ menti è diametro **zuwider / von dises** Compendii compilatore **also beygeflickt worden / das erweiset nicht allein die in denen** mss. lectionibus ad π. **befindsame** litera, quæ hæc est: Sunt, qui existimant, hoc Testamentum per Procuratorem offerri posse; rationem hanc reddunt, quia omnes Solennitates remissæ sunt. arg. *L. 43. d. procurator.* Verùm, hôc non obstante, verior est contraria sententia, & observatur in Praxi. Jcti Lipsienses ità pronunciârunt apud Carpzov. *Dec. 293.* **sondern es**
193 **hat auch diese letztere meinung unser seeliger** Collega, **Herr** D. Bardili **auch** pro cathedra **defendirt /** in *Disp. de Testam. nuncupat. th. 9.*

194 **Wie ingleichem auch selbige** Anno demùm 1650. ab inclyta Facultate Jurid. Lipsiensi, **nachtruckhlich** confirmiret **worden**; cujus plenum responsum nobis sistit Carpzovius, *Decis. 293. num. 8.* ubi vide omninò.

195 **Und mag die** contraria sententia Taboris ex verbis finalibus *Legis 19. Cod. d. testam.* nullo modo **erhärtet werden; wohlbetrachtet / daß / obgleich in solchen Beschluß-Worten /** Precum Principi, **secundum Testatoris Voluntatem oblatarum, erwehnung geschihet / auß disem jedoch noch lang nicht folget:** Quòd, posthabitâ hucusque firmata Regulâ, **hujusmodi** Testamentum etiam per Nuncium, vel Procuratorem, confici possit: **Angesehen / diese Wort gar füglich dahin** (**massen unser** Collegium **noch am** 20. Februar. Anni 1669. in ardua controversia, Testamentum quondam Domini Raymundi **Kalten / Freyen Keyserl. Land-Richters im Högäw und Madach** concernente, **gesprochen hat**) **gedittet werden können /** quòd, si Testator ipse quidem, coram Prin- 196
cipe, in personâ comparuerit; sed suas Preces, sive supplicem Libellum, eidemque insertum Testamentum non ipse; sed **Alius**, v. gr. Advocatus, **ipsô tamen præsente, & hoc expressè, vel tacitè mandante**, Principi obtulerit, &, cùm posteà hæc oblatio in dubium vocaretur, Heres in illo testamento institutus probare possit, **Preces illas secundum voluntatem defuncti** (ut nimirum modò diximus) **oblatas fuisse**, ipse utique jure optimô ad Successionem in illo sibi delatam adspiret; argum. eorum, quæ in simili occurrunt in *L. 8.* ibi: *Ut, ubi tenor eorum cunctis innotuerit, elogium ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi sui, quæ lecta sunt, dispositione sententia. Cod. qui T. fac. poss.* Christoph. Besold. ad *Jus Provinc. Wurtemberg. part. 3. tit. 3. th. 23.* Carpzov. *p. 3. C. 3. D. 27. & C. 5. D. 4. num. 5.* Mevius, *consil. 40. num. 67. & 92.* Idem, ad *Jus Lub. part. 2. tit. 1. art. 2. num. 142.* Vide tamen Besold. *cons. Tubing. 230. num. 9.* Æquè scilicet, ac etiam ea, quæ in Judicio, ab Advocatis, præsentibus Partibus, proferuntur, **juxta Partium voluntatem**, rectè & propriissimè prolata dicuntur.

Oder es mögen diese Wort æquè commodè 197
dahin verstanden werden / quòd, **si dubitetur**, an & quô tempore Testamentum tale Principi oblatum fuerit? hæc ipsa Oblatio, secundum Defuncti voluntatem, ab adstante **Secretario**, vel **Consiliario**, Libellum ejus supplicem recipiente, Principi etiam præsenti revera facta, per duos idoneos Testes probari queat; docente Richtero, ad *d. L. 19. n. 42.* ubi Dauthium, Castrensem, Reusnerum, & Besoldum consentientes laudat. Addat. B. Dn. Bardili, *conclusion. theoretico-practic. exercit. 3. concluss. 12. lit. C.* Dietherr. in *addition. ad Besoldi thesaur. pract. voc. Testament.* Myler. ab **Ehrenbach** / *de Statib. Imper. cap. 28. §. 3.* Joh. Philippi, in *Obs. ad noviss. Decis. Electoral. Saxon. 45. Obs. 1. num. 35.*

Quamvis enim adversus ejusmodi Testa- 198
mentum, propter Testium defectum, nulla **Solennitatis** exceptio, vel quæstio moveri possit; tamen quæstio **Veritatis** contra illud moveri potest, si nimirum dicatur, id coram Principe non fuisse ordinatum, vel aliquid falsò, aut per errorem, in Supplicatione Principi oblata fuisse scriptum; ut signanter advertit Guilielmus Benedictus, ad *Capit. Raynutius. verb. Testamentum. 1. n. 17. X. de testam.* & Samson Herzog, *de Testam. tit. 6. Q. 18.* Addantur, quæ

porrò ad ista finalia verba commentatur Pistoris, *d. Q. 28. num. 25.*

199 Anlangend die Sechste Rationem Dubitandi, **so hätten wir zwar wohl wünschen mögen/ daß der jenigen Reichs-Statt/ waselbsten das** quæstionirende **Testament auffgerichtet worden/ hiehero gehörigen** Statuti **Innhalt/ uns** in pleno contextu **wäre** communicirt **worden/ umb/ was für ein gründtliches** judicium **darvon zufällen seyn möchte/ desto leichter uñ besser an hand geben zu können. Es ist aber dasselbe entweder also verfasst/ daß allein dises dariñen gemeldt wird/ daß/ wer seinen letzten Willen vor E. E. Rath auffrichten wolle/ der könne es so wohl in Schrifften/ alß Mundlich**

200 **thun: Oder es wird/ zum Exempel/ darinnen gesagt: daß/ wann jemand sein Testament/ oder andern letzten Willen/ vor zweyen des Raths/** schrifft- **oder mundlich** declarire/ **alßdann solcher letzter Will/ ohne einige fernere Solennität oder Zierligkeit bestehen/ und künfftig vollzogen werden solle.**

201 **Dann/ daß/** 3tiò, **dises: Daß ein solches Testament auch** per aliquam intermediam, seu Procuratoris, seu Nuncii personam, apud Acta Judicii, **oder vor Rath** offerirt **werden könne/ nicht in selbigem enthalten/ das zeiget die** super hoc ipso articulo formirte Quæstio, **alß welche sonst** Domitiana **seyn würde. Es wäre dann sach/ daß man** super ipsâ hujusmodi Statuti validitate **dieselbe** formiren **wolte.**

202 **Man nemme nun aber den ersten oder andern fall** in consideration, **so seynd wir jedoch deren gäntzlichen meinung/ daß/ obschon von disem Stückh/ daß der** Testator **seine** ultimam Voluntatem, **selbst/ vor sitzendem Rath/ oder einigen Raths-Gliedern/ in Person** offeriren **und zugegen seyn solle/ keine meldung** in dicto Statuto **enthalten/ desselben** Præsentia **und persönliche** comparitio **jedannoch nicht** pro exclusâ **zuhalten; sondern** tacitè **in demselben**

203 **verstanden sey: So wohl/ Erstlich/ deßwegen/ alldieweilen die Gegenwart eines jeden** Testatoris, **bey** ordinirung **seines Testaments/ öffters angezeigter massen/ alle leichtlich dabey einschleichende** Fraudes & falsitates salutariter **abzuhalten/ vor höchstnothwendig/ ja** pro substantiali & formali requisito cujuslibet Testamenti, **von denen Rechtsgelehrten gehalten wird/ dergestaltē/ daß Sie auch sich nicht** persuadiren **können/** quòd illud contrariò Principis privilegiô relaxari vel mutari possit; ut proximè audivimus, ex Additionatorib. ad Jul. Clar. *§. Testamentum. Q. 59.* & B. Richtero, ad *L. 9. num. 4. Cod. d. testam.*

204 **Alß/ fürnemlich/ der ursachen/ weilen niemanden unbewust/ daß alle** Statuta ex Jure Communi interpretirt/ declarirt/ supplirt/ **und/ so viel immer möglich/ desselben Verordnung** conformirt **werden müssen;** juxta ea, quæ latissimè hanc in rem tradit Alderanus Mascardus, *de generali Statutor. interpretat. conclus. 2. per tot.* Magonius, *Decis. Luc. 135. num. 2.* Kleinschmid. *de princip. Jur. tract. 4 sect. 8. num. 20.* Jul. Capon. *discept. for. 148. num. 26.* Blasius Michalor. *tract. de fratrib. part. 3. cap. 10. num. 25.* Fontanella, *de P. N. claus. 4. gloss. 18. part. 2. num. 68.*

Cùm utique Statuti conditores id, quod Jure Communi dispositum est, corrigere voluisse præsumendum sit neutiquàm; Joh. Cephalus, *cons. 138. num. 50.* Alderan. Mascard. *d. tr. concl. 5. num. 149.* Clemens Merlinus, *Decis. Rotæ Rom. 396. præprimis num. 22.* 205

Id quod etiam Statutis Jus commune corrigentibus, suâ quidem ratione, communiter accommodant; quòd nimirum & illa ità interpretanda sint, ut Jus Commune, quod per illa corrigitur, minùs quàm fieri potest, censeatur correctum. copiose Cravetta, *consil. 259. n. 2.* Menoch. *cons. 75. n. 1. & 3.* Thomas Merckelbach, apud Klockium, *tom. 3. cons. 121. num. 22.* Michalor. *d. tract. part. 3. cap. 10. num. 11.* Stuckius, *consil. 10. num. 156. & sq.* 206

Ac proinde, extra illud, quod tale Statutum specificè corrigit, illud pariter intellectum & interpretationem ex Jure Communi recipere debeat. Rolandus à Valle, *de lucro Dot. Q. 26. num. 12.* Bernhard. Græveus, *pract. concluss. lib. 2. concl. 33. considerat. 3. num. 11.* Hondedæus, *lib. 1. consultat. 24. num. 27.* cum Decciano & Jasone, Hunnius, *encyclopæd. Jur. univ. part. 1. tit. 3. cap. 7. num. 54.* 207

Ex quo ità in terminis, quod ajunt, terminantibus Hartmannus Pistoris: Porrò, inquit, quod attinet ad Constitutionem Electoralem, in illà de hoc tantummodò agitur: An & quatenùs Testamentum, sine Testibus, alibi confectum, & apud Acta depositum, perindè acsi coram Actis conditum esset, valeat? Et statuitur, illud etiam nullis intervenientibus testibus valere; interim verò de eo: Quomodo Testamentum apud Acta deponendum sit, & an Testator præsens, cum voluntatis suæ declaratione, hoc facere teneatur? an verò id absens per Literas (hîc per Procuratorem) expedire queat? nihil deciditur; sed de hôc ne verbum quidem ibi reperitur. Quare id, quomodo videlicet Testamentum, alibi conditum, apud Acta deponendum sit, ut perindè habeatur, acsi coram Actis confectum esset, tanquàm prætermissum, secundum Juris Communis regulas definiendum erit. arg. *L. Si cùm dotem. sol. matrim. L. Extraneus. de condict. caus. dat.* Fuit autem suprà à nobis abundè ostensum, quòd ad hoc, ut Jure communi Testamentum, tanquam coram Actis conditum, valeat, omninò necesse sit, ut Testator præsens Voluntatem suam inter Acta declaret, & quòd hoc, ab ipso absente, literis commodè fieri non possit. Secundum has igitur Juris Civilis rationes Constitutio 208 209 210

stitutio Provincialis potiùs de ejusmodi depositione Testamenti, ad quam legitima Voluntatis Declaratio accessit, vel ex quâ, de deponentis Voluntate, apud Acta evidenter constet, intelligenda erit, quàm ut indè ad Juris communis correctionem inferre liceat, quòd Testator, Literis, (vel per Procuratorem) voluntatem suam satis declarare possit. Verba enim Statutorum & Constitutionum ex Jure Communi interpre-
211 tationem recipiunt. *Cap. Ex parte. 3.* & ibi not. Abbat. x. *d. V. S. Cap. Causam.* x. *d. dol. & contumac.* & ità sunt accipienda, ut, quoad ejus fieri possit, à Jure Communi non recedatur. *Cap. Cùm dilectus. de consuetud. Cap. Cùm expediat. de elect. in 6.* Id quod in proposito vel ideò magis locum habere debet, cùm tàm ex titulo, quàm ex toto contextu hujus constitutionis dilucidè appareat, in eâ, ut dictum, de eo duntaxat: An & quatenùs ad Testamentum coram Actis conficiendum Testes sint neces-
212 sarii? agi; neque ultrà quicquam disponi de cæteris, quæ ad ejusmodi testamentum sint necessaria. Nam vel hàc ratione tanto minùs Constitutio ista ad derogationem eorum, quæ alioqui ad Testamenta coram Actis condenda necessaria sunt, tàm contra verba, quàm contra mentem constituentis extendi poterit. Tùm
213 quia Statutorum verba strictè sunt accipienda, neque ultra casum, de quo verba faciunt, ex-
214 tendenda: Tùm quia casus in Statuto, vel Constitutione omissus, censetur relictus in dispositione Juris Communis. Cur enim ea, quæ expressè non mutantur, stare prohibentur?
215 Tùm etiam, quia, quotiescunque in Lege, vel Constitutione aliquâ, de unô dubitatur, respectu cæterorum habilitas præsupponitur. *L. Qui in testamento. de Testam. cum simil.* Deniq; aliter si diceremus, omnis non solùm Testamentorum; sed & Testimoniorum dicendorum ratio Juris Civilis penitùs tolleretur; quod quia vero simile non est, ideò in hanc sententiam verba Constitutionis minimè accipienda erunt. arg. *L. Si quando. Cod. d. inoff. testament.* Ità in individuo laudatus Pistoris, *d. Q. 28. n. 26. §. Porrò quod attinet.*

216 **Der hieoben gesetzte** secundus Casus, **wann in dem** Statuto, **dergleichen** Verba: **Ohne einige fernere** Solennität **oder Zierligkeit / oder andere** his gemina sive æquipollentia **befindsamb seyn solten, ist zwar von was mehrerer** dubitation; **indeme die Rechtsgelehrte / und mit denenselben der** in ista materia **vornemlich** versirte **und wohlgeübte** Alderanus Mascardus **dises** assertum: Quòd, si Statutum certas Solennitates, in Actûs alicujus ordinatione adhibendas, introducat, illud non statim alias, à Jure Communi introductas minuere, vel tollere censendum sit, ex Caccialupo, Castrensi, Deciano, & Riminaldo, signanter **dahin** limitirt / ut doctrina hæc non
217 procedat, si Statutum, adhibitis duntaxat illis Solennitatibus, quæ in illo requiruntur, expressè mandet, quòd, illis observatis, Actus talis valere & subsistere debeat: Tunc enim (ait ille) apertè de mente Statuentium apparet, quòd in reliquis, illis omnibus, quæ à Jure Communi, quoad Solennitates talis actûs, disponuntur, derogare voluerint. Undè, observatis contentis in hujusmodi Statutô, Actus subsisteret, & valeret juxta ejus dispositionem: Licet enim Statuta regulariter interpretanda 218
sint, ut Juri Communi non derogent; sed ad concordiam cum eodem reducantur: Tamen, quando apparet de contrariâ mente Statuti, contrarium servabitur, & inhærebimus Statuto. Interpretatio namque Juris Communis & 219
aliorum non aliter admittitur circa Statuta, quàm si verba sint dubia: Sed si de voluntate Statuentium clarè constet, cessabit conjectura de eorum intentione, juxta regulam vulgarem, quòd in claris non est opus conjecturis. Ità ille Mascardus, *de generali Statutor. interpretat. conclus. 2. num. 60. & sqq.*

Quibus etiam conformiter David Mevius 220
scribit: Hæc, quæ passim de Statutis, ex Jure Communi declarandis, restringendis, supplendis, occurrunt, in dubio à nobis sequenda esse; verùm in manifestis ad errorem iisdem abusurum quem fore. Quando enim de mente, vel Communi, vel alii Juri derogare volentium expressè constat, tunc non dubitandum esse de asserendâ derogatione; cùm nulla Statuti melior certiorque interpretatio esse possit, quàm ex ipsâ Statuentium apertâ sententiâ; de quâ quòd non saltem ex verbis clausulisque derogatoriis; verùm etiam ex aliis, necessariam correctionem inferentibus argumentis, v. grat. si dicatur: Quòd non aliter, quàm in Statuto reperitur, judicandum sit, & quæ sunt similia, constare possit, latè porrò subjungit, ad *Lubec. Q. prælimin. 9. num. 36. cum sqq.*

Es ist aber hierwider / pro primo, **zu-** 221
merckhen / daß die Gegenwart einer jeden testirenden **Personn in dem** actu testandi, **keine solche** extrinseca, ex Jure Civili **hergehohlte** Solennitas **oder Zierligkeit sey / alß die jenige / so in** numero septenario Testium, eorumque qualitate, Rogatione, Simultaneâ Præsentiâ, Subscriptione, Subsignatione, Actûs continuitate, & quæ plures his similes, **bestehen und seyn: Sondern es ist dieselbe ein solches** formal **und** essential / ad ipsam Testantium su- 222
premæ Voluntatis declarationem **gehöriges Stuckh / und nothwendiges** Requisitum, ut, citra illam, de Voluntate personæ testantis evidenter & certò constare non possit: Sanè enim nec Judex de verâ, certâ atque indubitata Testatoris voluntate aliter securus, imò ipse Testator de suâ, quam ordinat, supremâ voluntate non aliter securus, & quòd nulla, quoad illam, Fraus vel falsitas committatur, certus unquàm esse potest, quàm si ipsemet præsens, sui animi sensa & postremum judicium, vel septem Testibus, vel Judici illos repræsentanti, manifestet

& com-

& committat, atque adeò Testes ipsi, vel Judex ipse, omnem ejus Voluntatem ex ore Testatoris præsentis percipiant; ut emphaticè hunc articulum exequitur Carpzovius, *d. part. 3. C. 3. D. 26.* & *C. 4. Def. 10.*

Cùm verò ad LLatoris officium spectet non minùs delictorum occasiones, ac ipsa Delicta prohibere & cavere; ut in simili optimè Christophorus Besoldus, *consil. Tubing. 284. n. 13.* §. **In mehrerer betrachtung.** & Joh. Dauth. ad *L. Dictantibus. 22. n. 6. Cod. de testam.* Quare haud dubitandum, quin etiam hujusmodi Statutorum Conditores hoc vel maximè curæ cordique habuerint, sicque etiam hanc, si per tertiam personam testari liceret, circa ultimas Voluntates delinquendi amplissimam occasionem amputare voluerint.

223 Pro 2do **ist zumerckhen / daß / weilen das** Jus Commune **selbsten / in denen** apud Acta ordinandis Testamentis, **weiters nichts** relaxirt, quàm solam Testimonii testamentarii Solennitatem, & quæ quoquomodo ab illâ dependent, optimè Berlichius, *concluss. practic. part. 3. conclus. 4. n. 34.* Hermann. Vultejus, in *conss. Marpurg. vol. 1. consil. 34 Q. 1. num. 38. & sqq.* **und dises zwar der ursachen / weil des Richters** Præsentia, & autoritas publicorum Monumentorum, **die** præsentiam septenarii Testium numeri, & omne ab ipsis, in privato Testamento, præstari consuetum officium sup-
224 plirt / **ja gar** superirt; **disem nach auch von einem dergleichen** Statuto, quod præsentiam Testatoris apud Acta Judicii non expressè remittit, **nicht gesagt werden mag / daß dasselbige weiter gehe / und dahin zuverstehen sey / daß auch dises / zu heilsamer Vorbieg- und Abkehrung aller / bey letzten Willen und deren auffrichtung / gar häuffig und leichtlich betreibender** Fraudum **höchstnöthiges Stuckh /** ut videlicet Judex Testatorem præsentem ipse audiat & videat, **durch dasselbe** remittirt **zuhalten.**

225 **Ja wann /** pro 3tio, hôc non obstante, quòd in hoc Testamento omnis Solennitas à Judice superari vel suppleri dicatur, **die** Præsentia Testatoris in loco Judicii, vel apud Acta, de Jure Communi **dennoch nicht** pro exclusâ **gehalten wird;** per hucusque firmata: **Wie solte man dann von einem dergleichen / alle Rechtliche Zierligkeit oder** Solennität in hujusmodi Testamentis excludi**renden /** Statuto, **ein ander** judicium **mit bestand fällen können /** quòd videlicet illud Testatoris præsentiam, non saltem Civili; verùm etiam communi Gentium Jure, ad exclusionem Falsitatis & Fraudis, maximoperè necessariam, **dennoch habe** excludi**ren wollen?**

226 **Die sibende** Ratio Dubitandi, quòd Donatio mortis causa, per Procuratorem, itemque Nunciũ benè fieri possit, **hat allbereit oben ihr abfertigung erhalten / indeme in denen** Rationibus Decidendi **das** contrarium **in mehrerem dar-**
gethan worden. Consultatur, præter supra laudatos, Carpzovius, *lib. 5. Resp. 56. num. 9.* Virgil. Pingizzer. *Q. 13. num. 38. & sqq.* Joh. Philippi, in *Observat. ad noviss. Electoral. Saxonic. Decis. 22. Obs. 4. num. 5.* ubi elegans Præjudicium. **Dises ist wohl nicht ohne / daß von einigen** DDbus **diser** Casus excipi**rt wird /** si mortis causa aliquid alteri donaturus, Procuratorem, vel Nuncium, coram quinario Testium numero, ad hoc ipsum constituat, & deindè eidem, Donatario nuncianda, coram illis committat: ut videre est apud Daniel Mollerum, *semestr. lib. 1. cap. 5. num. 12.* Modestinum Pistoris, *part. 1. Q. 55.* Dn. Lauterbach, *de m. c. Donat. th. 11.* & in *Diss. de Nuncio, cap. 4. th. 33. in fin.* 227

Was aber hiervon zuhalten sey? das erhellet ex doctrina Bened. Carpzovii, *P. 3. C. 1. Def. 36. num. 8. & 9.* 228

Auff die achte und letzte Rationem Dubitandi **ist kürtzlich zuantworten / daß der** Favor ultimarum Voluntatum **weiters nicht / alß allein** in dubio **anschlage: Weilen aber auß hieoben** deducirtẽ Rationibus **zur genüge erhellet / daß / wann der** Testator **nicht selbst bey dem** Judice **gegenwärtig gewesen / und von Ihme / umb seinen end- und eigentlichẽ Willen / selbst persönlich vernomen worden / ein unheilbarer** Defectus **einer** certæ, & à Legibus determinatæ Probationis ipsius Defuncti supremæ Voluntatis, quæ tamen potissimas hôc in casu partes obtinet, **dahero entstehe; so erbricht sich von selbsten / daß / indeme wir also in keinem** dubio; **sondern vielmehr** in re certâ, **diß ohrts / versinen / solchem nach dise** Ratio **nicht zu** consideri**ren sey;** ut in simili respondet Marianus Socinus, *vol. 2. consil. 179. num. 85.* & his ipsis in terminis Hartmannus Pistoris, *d. Q. 28. num. 27.* 229 230

Und mag endlich der favor ultimarum Voluntatum **so groß seyn / alß er immer will / so vermag doch derselbe nicht dahin zuwürckhen / daß deßwegen die in Rechten verordnete** Solennitäten / **und vielweniger die** ad ipsius Testatoris genuinæ Voluntatis certam probationem necessaria Requisita, quibus nempe sublatis, vel non adhibitis, Testatorum voluntas valdè dubia redditur, **in ansehung desselben relaxirt / oder gar auffgehoben werden solten.** ut rectè Cravetta, *consil. 143. num. 16.* 231

Stultum etenim foret, si necessariæ Solennitates in Testamentô haud fuerint observatæ, nihilominùs pro illo pronunciare. Frideric. Pruckmannus, *vol. 1. cons. 12. num. 171.* Mundius à Rodach. *vol. 2. cons. 16. n. 44. & sqq.* 232

Denique ille, quantus quantus est, favor Testamentorum, eorumque servandorum humanissima Ratio nec hoc efficere potis est, ut propterea à Fraudibus fenestra pateat; id quod equidem fieret, si passim hæc ipsa licentia competeret, suam ultimam Voluntatem, Judici, per Nuncium, Mandatarium, vel Literas manifestandi 233

27 Ex quô etiam est, quòd Franciscus de Caldas in specie de Donatione Remuneratoriâ urbanius & rectius arbitratur, expectandam esse legitimam ætatem Principis minorennis, qui pro suo arbitrio remuneraturus sit; referente Gutierrezio, *tract. d. tutel. & cur. part. 2. cap. 6. num. 9. in fin.*

28 **Fürs ander solle dises eine** Donatio Remuneratoria **seyn / mit welcher nemlich Eine Hochfürstliche Vormundschafft / die von dem seeligen Herrn** Sempronio, **Seiner Durchl. Fürsten** Cæsaris **Hochfürstlichem Hause unterthänigst gelaistere sonderbahre treue Dienste dancknehmig und Fürstlich erwidern wollen. Nun ist aus den Rechten und dero Lehrern nicht unbekannt:**

Quòd ad subsistentiam hujus Donationis Specialia & Singularia, (jungatur *L. penult. §. 1. ff. d. donation. L. 9. L. 15. §. 1. ff. d. manumiss. vindict. L. 1. C. pro quib. caus. serv. pro præm. libert.* L. *91. ff. d. hered. instituend.* Eckolt. ad *lib. π. 39. tit. 5. §. 2.* Bachov. ad Treutl. *vol. 2. Disp. 18. th. 2. lit. A.* Tiraquell. ad *L. si unquàm. num. 107.* verb. *donatione largitus. Cod. d. revocand. donat.*) 29

Taliaque Officia, sive **Merita** requirantur, quæ aliquam in se **præstandi necessitatem** habent, & quorum nomine Petitio extra ordinem concedi solet. argum. *L. 27. ff. d. donation. ibiq;* Paul. Busius. *n. 4.* Georg. Franzkius, ad *tit. π. d. eviction. num. 506.* 30

Qualia quæ sint? prudentis Judicis arbitrio relinquitur. *d. l. 15. §. 1. ff. d. manumiss. vindict.* post Sanchez. Socin. Menoch. Gutierrez. Gars. Surdum, Johann-Baptista Hodierna, ad *L. Hac Edictali. Q. 25. n. 30. Cod. de S. N.* Jul. Clarus, *§. Donatio. Q. 3. n. 4. & Q. 8. n. 8.* ubi hancce sententiam communem appellat. Gail. *2. O. 38. num. 6.* 31

Nicht weniger ist bekannt:

Quod hujusmodi Merita, ceu res facti, in dubiô neutiquàm præsumantur; sed ab illô, qui talem Donationem sibi factâ esse dicit, eandemq; prætendit, **probari** ea debeant; Marta Neapolitan. in *Digest. noviss. tom. 3. tit. Donatio. cap. 78. & 79.* Menoch. *consil. 112. num. 4.* 32

In tantum, ut passim Interppr. dicant: Quòd ad hanc ipsam probationem **Donatoris assertio**, Merita antecessisse, haudquaquàm sufficiat, sive illa **Generalis** sit; Andr. Tiraquell. ad *d. L. Si unquàm. verb. donatione largitus. C. d. t.* Ancharanus Regiensis, *lib. 2. Quæst. 12. num. 14. & seq.* 33

Hæc enim, ceu obscura, & ex quâ de excessu Donationis præ Meritis constare nequit, Besold. in *consil. Tubingens. part. 5. consil. 251. n. 12.* & vel ex hôc solô, quòd per generalem hujusmodi clausulam: Pro multiplicibus meritis & servitiis hactenùs præstitis & posthàc præstandis: **Von wegen vieler getreuer Dienste / die der** Donatarius **bißhero gutwillig gelaistet habe / auch in das künfftige laisten könne und wolle /** facillimum foret, jura de Donationibus excessivis loquentia eludere, rectissimè rejicitur. Joach. Mynsing. *centur. 4. Obs. 75. num. 2.* Menoch. *d. A. J. Qq. lib. 2. cent. 2. cas. 134. num. 1.* Cardinal. Mantica, *d. tacit. & ambig. convention. lib. 13. tit. 15. num. 43. & sq.* Ant. Faber, in *Cod. Sabaud. lib. 4. tit. 29. def. 5. num. 4. & D. sq.* 34

Sive

36 Sive etiam **Specialis**: Quamvis enim hanc Complures sufficere arbitrentur; attamen hancce sententiam communiter reprobari, sic, ut non satis sit, quòd Merita specificè in ipsâ Donatione exprimantur; verùm eadem tunc quoque probari debeant, autor est Tiraquellus, ad *d. L. num. 87. & seqq.* Johann. Gutierrez. *d. juram. confirmator. part. 1. cap. 5. num. 19.*

37 In applicirung nun diser Rechtslehr auff den casum præsentem, so ist zwar nicht ohne/ daß in dem Instrumento Donationis außtruckhlich vermeldet wird/ daß Sempronius dem Fürstlichen Hause N. und insonderheit dem hochseeligen Fürsten Alexandro, wie auch der Fürstlichen Vormundschafft/ lange Zeit/ in viele unterschiedliche wege/ sonderbahre ge-

38 treue Dienste gelaistet: Allein ist kein Meritum specificè darinnen exprimiret zufinden/ und würde/ wann man dise in dubium vociren solte/ des Sempronii Heredibus villeicht schwehr genug/ ja nunmehro/ nach so geraumer Zeit/ unmüglich fallen/ deren einige specialiter zuprobiren und darzuthun. Wannenhero zufolgen scheinet/ daß auch dise Donatio, ob defectum Meritorum, vel horum saltem Probationis, nicht möge/ in vim validæ Remunerationis, von Rechtswegen propugniret werden.

39 Zumahlen da/ fürs Dritte/ die DDres noch weiter gehen/ und ad validitatem talis Donationis unanimiter erfordern/ ut Merita, quæ eandem præcedere debent, ipsi Donationi seu Remunerationi æquivaleant & respondeant. Frider. Pruckmann. *vol. 1. consil. 13. num. 40.* Cephal. *lib. 1. consil. 94. num. 18.* post Bartol. Bald. Barbat. Alex. Dec. Tiraquell. Mantica, *d. lib. 13. tit. 15. num. 28.* Chassanæ. ad *Consuet. Burgund. rubr. 7. §. 5. num. 49.*

40 Quam sententiam communem esse, testatur Bursatus, *consil. 101. num. 9.* post Tiraquell. Mascard. Clar. Gail. Gabrielium, Besold. *part. 4. consil. 151. num. 127.* ubi dicit: Donationem remuneratoriam seu antidoralem eatenùs tantùm valere, quatenùs Merita vel Servitia rebus donatis æquivalent, vel iis non indigna reperiuntur, & *part. 5. consil. 251. num. 13.* ubi addit: Hoc ipsum, an Merita sint paria Donationi? arbitrio Judicis relinqui debere; prout itidem DDres communiter sentiant, autore Jasone, *lib. 2. consil. 145.*

41 Viertens kommet hinzu/ daß dise Donatio, die/ nach Ordnung der Rechten/ der Insinuationi apud Acta Judicii subductam Quantitatem 500. solidorum, umb ein grosses excediret/ und demnach in so weit/ alß dieselbe excessiva ist/ auch ex hoc capite, omissæ videlicet Insinuationis, für null und nichtig zuhalten zuseyn scheinet:

42 per §. 2. *Inst. d. donation. L. penult. §. ult. Cod. eod.* & tradita Mozzii, *tr. d. contractib. tit. d. Donat. col. 3. n. 5.* Joh. Gutierrez. *d. juram. confirmat. part. 1. cap. 7. num. 1. & seqq.* Boceri, *d. donation. cap. 3. num. 47. cum seqq.* Harpprechti, ad *d. §. 2. n. 135. Inst. d. donation.*

Quod ipsum nominatim Cessioni Actionum 43
ex causâ Donationis factæ accommodat Gratian. *Disc. for. tom. 3. cap. 409. num. 19.* post Tepat. Gozadin. Peregrin. Intrigliol. Gallerat. & alios, Alphonsus de Olea, *tr. d. Cessione Action. tit. 8. Q. 1. num. 16.*

Ab hâc siquidem insinuandi necessitate præ- 44
sentem Donationem liberare non videtur, Primò, ipsa hæc qualitas, quòd sit **antidoralis** seu Remuneratoria; cùm etiam tales Donationes Insinuationi obnoxias esse, contendat Giphanius, ad *L. 25. num. 48. Cod. d. donation.* Arius Pinellus, ad L. *1. part. 3. numer. 62. & seqq. Cod. d. bon. matern.* Andr. Fachinæus, *controvers. Jur. Civ. lib. 3. cap. 82. per tot.* ubi ad fundamenta contrariæ sententiæ admodùm operosus est, ut solidè respondeat.

Nec, Secundò, ad hoc sufficere videtur **qualitas Donatoris**; seu Principalis Serenissimorum, qui hanc Donationem in Sempronium contulére, Tutorum dignitas:

Quòd enim summi Principis Donationes 45
insinuatione non egere dicuntur, in L. *34. Cod. d. donat.* L. *13. C. d. SS. Eccles.* Conferat. Tiraquell. *d. Nobilit. cap. 37. num. 53.* Bocer. *d. tr. cap. 3. num. 72.* illud sanè ad Principes, Duces, aliosque Dynastas, Imperatore inferiores, eumque, tanquàm Superiorem, recognoscentes haud pertinere, contendit, post Bartolum, Bald. Roman. Imol. Andr. Oldradum, Matthæus Wesembecius, *consil. 262. n. 52.* Ant. Gabriel. *commun. conclus. lib. 3. tit. d. Donation. conclus. 1. num. 23.* Cujac. *consultat. 3. in fin.* Sichard. ad *d. l. 34. num. 19. C. d. t.* Paulus Busius, ad L. *22. num. 6. ff. eod.* aliique complures ab ipsis adducti.

Was aber/ pro Secundô, die Uns vorge- 46
legte Frag für und an sich selbsten concernirt: Ob nemlich des Sempronii nachgelassene Heredes von denen 5000. fl. welche von des Fürsten Cæsaris Hochfürstlicher Durchl. (post Cessionem Sempronio factam) neben denen darauß von Anno 1631. an/ verfallenen und ruckhständig gewesenen Pensionen/ andern überlassen und eingeraumet worden/ die Interesse, à dictô modò Annô biß auff gegenwärtige Zeit/ zu prætendiren berechtiget seyen? So ist es nicht ohne/ daß auch hiebey unterschiedliche nicht geringe Dubitandi Rationes vorgebracht werden können/ nach welchen zusagen zuseyn scheinet/ daß dise Prætensio in Rechten nicht fundiret sey.

Sintemahlen/ für eines/ die Hochfürstliche 47
Vormundschafft nicht den animum oder Willen gehabt zuhaben scheinet/ das bey der Civitate Tyriorum gestandene Capital der 8000. fl. dem Sempronio würckhlich und dermassen zu cediren/ daß Er/ alß ein Procurator in rem suam, dasselbe für sich zu exigiren und einzufordern berechtiget seyn solte; Sondern es schei-

es scheinet vielmehr Ihre intention nur dise gewesen zuseyn / die bey erstermeldter Statt gestandene Gelder nur pro solutione zu assigniren / dergestalten und also / daß die Ihme verehrte 8000. fl. von disen Geldern / so weit dieselbe sich erstreckhen / gut gemacht werden; den Rest aber Er bey der Renthey N. zugewarten haben solle; gestalten die formalia ipsius Donationis verba solches deutlich genug im munde zuführen scheinen.

52 Cùm enim nihil in hoc Donationis instrumento dicatur, quòd Sereniſſimi Domini Tutores actionem, sibi, adversus Civitatem Tyriorum, tutoriô nomine competentem, Sempronio mandent, vel cessam velint; sed tantummodò dicatur, quòd Quantitas donata ipsi ex Pecuniâ, quam debebat dicta Civitas, præstari deberet;

ibi: Daß Ihme solche von den N. Geldern / N. Theils / wie es derselbe Receß mit sich bringet / gut gemacht ꝛc.

Et secundò notabiliter ibi addatur, quòd hu-
53 jus Pecuniæ exactio non debeat Sempronii periculo fieri; sed id omne, quod Ipse à dictâ Civitate obtinere non possit, ex Quæsturâ N. suppleri debeat;

ibi: So weit dieselbe sich erstreckhen. & ibi: den Rest aber Er bey der Renthey N. zugewarten und zuempfangen haben solle:

54 Profectò non videtur defendi posse, quòd Sempronio Nomen illud, quô obstricta fuit Civitas, reverà cessum, ipseque in rem suam Procurator sit factus: Quando enim alicui hôc tantùm modô Nomen aliquod assignatur, ut illud exigat, & pecuniam exactam solutionis nomine retineat, tunc Nomen illud propriè ipsi non creditur, nec exactio ipsius periculo est; sed hoc tàm in præsens, quàm in futurum ad Assignantem pertinet; cùm hîc tantummodò demonstretur, undè ipse pecuniam in debitum suum accipere debeat. *L. 27. §. fin. d. legat. 3.* Johannes à Sande, *tr. d. action. cessione, cap. 9. in fin.* B. Lauterbachius, ad *tit. d. H. vel A. vend. §. 2. num. 19. in fin.*

55 Ist nun dises Capital dem Sempronio nicht würckhlich crediret worden; so scheinet zu folgen / daß Fürst Cæsar wohl die macht gehabt / dises einig und allein pro solutione assignirte Capital Jemand anderem zu crediren und zuüberlassen / und hingegen den Sempronium, oder dessen Heredes, auff die Renthey N. pro totô zuverweisen.

56 Præsuppositô hôc will es / für das andere / ein nicht geringes ansehen gewinnen / alß wann des Sempronii nachgelassene Heredes, aus denen Ihnen / nach dem Verglich de Anno 1653. noch in handen geblibenen 5000. fl. ex hâc ratione, die Interesse nicht zu prætendiren haben / alldieweilen die Renthey zwar pro Solutione in subsidium assignirt; aber nicht dergestalten / daß die dem Sempronio verehrte Summa Geldes simùl & semel, auff eine Zeit / und zumahl abgetragen; sondern einig und allein also / daß auff jedesmahlige / der Fürstlichen Vormundschafft special ordonnantz / nach und nach / wie es die gelegenheit geben / und anderwärtigen nothwendigen Herrschafft Außgaaben unverhinderlich seyn werde / abgestossen werden solle. Wañenhero auch nach der hand / da nemlich Fürst Cæsar dise 5000. fl. einem Andern eingeraumet / es das ansehen hat / daß Sie sich mit dergleichen Particular Solution, ohne Forderung eines Zinses oder interesse, zu contentiren haben möchten.

57 Und das / Drittens / auch der ursachen umb so viel desto mehr / alldieweilen Sempronius und seine Heredes selbst in culpâ zuseyn erachtet werden können / daß nicht nur Er Sempronius, bey der Civitate Tyriorum (alß viel wir aus den Actis abnemmen können) an dem gantzen Capital der 8000. fl. niemahls ichtwas gefordert; sondern auch seine Erben die Ihnen / Anno 1653. noch in handen gelassene 5000 fl. nicht exigiret / und also / durch ihre selbstaigene negligentz / gelegenheit gegeben / daß des Fürsten Cæsaris Hochfürstl. Durchl. solch Geld anderwerts in Dero Nutzen verwendet haben.

58 Damnum etenim, quod suâ quis culpâ sentit, sentire damnum non videtur. *L. 204. ff. d. regul. jur.*

59 So dann ist / für das Vierte / hiebey auch dises zu consideriren / daß gleichwohlen dise 5000. fl. von einer Donatione herrühren / von welcher die Rechten unlaugbar verordnen:

60 Quòd, cùm eadem stricti juris negotium sit; argum. *§. 28. Instit. d. action.* L. *22. ff. d. donation.* Hahn. ad Wesembec. *tit. d. donation. num. 2. verb. stricti juris.* Besold. in *delib. ex lib. 39. Pandect. Q. 2.* Usuræ non aliter Donatario debeantur, quàm si ipse easdem à Donatore nominatim stipulatus sit, solaque Mora pro sufficiente & justâ Causâ, ob quam illæ deberi seu currere incipiant, non agnoscatur. per *L. 3. Cod. d. usur.* L. *24. ff. d. præscript. verb.* argum. L. *32. §. 2. ff. d. usur.* L. *1. Cod. d. condict. indeb.* L. *4. C. d. condict. ob turp. caus.* Bocer. *Class. 6. Disp. 9. th. 138. & seq.* Biccius, in *Reb. Quotid. sect. 5. th. 30. lit. a.* Carpzov. *J. F. part. 2. const. 30. defin. 17.*

61 Undè ità Modestinus in *d.* L. *22. d. donation.* Eum, inquit, qui donationis causa pecuniam vel quid aliud promisit, de morâ solutionis pecuniæ usuras non debere, summæ æquitatis est.

62 Et Paulus in *L. 16. princ. d. usur*: Liberalitatis, ait, in Rempublicam factæ Usuræ non exiguntur. Dn. Mauritius, *consil. Chilon. 21. num. 2.*

RATIONES DECIDENDI.

63 **Dessen allen aber unerachtet seynd wir/** salvô Quorumcunque Aliorum judiciô, **deren beständigen Rechtlichen meinung / daß des seeligen** Sempronii **hinterblibene** Heredes **nicht allein auff deren Jhme** Sempronio, Anno 1631. **von der Fürstl. Vormundschafft erstmahls gethanen / und** Anno 1653. **von des regierenden Fürsten** Cæsaris **Durchl. nochmahls gnädigst** approbirten Donation **zubeharren / und das daran noch ruckhständige Capital deren** 5000 fl. **zu** prætendiren; **sondern auch die von solchen** 5000. fl. **von** Anno
64 1631. **biß auff dise Zeit verfallene** Interesse **oder jährliche Zinsen mitzubegehren nicht unbefugt seyen ; Jedoch mit disem** temperament/ **alß am ende diser** Rationum Decidendi **an hand gegeben werden solle.**

65 **Betreffend nun das Erstere/** videlicet ipsam hanc Donationem, **so ist zwar nicht ohne/ daß solche** in statu Pupillari **oder wenigstens** ante Majorennitatem Serenissimi Principis Cæsaris, **von dessen Hochfürstlr. Vormundschafft geschehen: Wiewohlen nun aber dises richtigen Rechtens ist /** quòd Tutores & Curatores de bonis Pupillorum & Adolescentum regula-
66 riter nihil donare possint: **So hat doch dise Regul** (quicquid contra ogganniant Pauci dissentientes) **ihren merckhlichen Abfall in denen** Tutoribus & Curatoribus personarum illustrium:

67 Quòd enim illi facultatem donandi, ex rebus illustris Pupilli vel Adolescentis, habeant, passim tradunt Interppr. Andr. Gail. *lib. 2. Obs. 72. num. 8.* Bened. Carpzov. *Jur. For. part. 2. const. 11. def. 48. num. 4.* post Archidiac. Innocent. & alios, Andr. Tiraquell. *d. Nobilit. cap. 37. num. 43.* cum Curtio, Padilla, Monacho, Alciato, & pluribus, quos laudat, Joh. Gutierrez. *tract. d. tutel. & cur. part. 2. cap. 6. num 9. & seq.* post Gloss. Alexandr. Jason. & alios, Joh. Petr. Surdus, *consil. 140. num. 35.* D. Lauterbach. in *Disp. d. alienat. rer. quæ minor. sunt. th. 11.*

68 Si enim Tutores alicujus Privati, Parentibus & Cognatis Pupilli, pro dignitate & personâ Parentis, cui ille successit, munera mittere possunt; quod diserte perhibetur in *L. 12. §. 2. L. 13. princip. ff. d. administr. tutor.*

69 Multô utique magis Tutoribus Principum hæc facultas Donandi permissa & concessa intelligi debet; ut cum Francisco de Caldas concludit laudatus Gutierrezius, *d. part. 2. cap. 6. num. 9. in med.*

70 Donare siquidem laus Regum ac Principum & ornamentum Nobilium est. Gail. *d. l. n. 9.*

71 Hinc venustè Gregorius: Hanc, inquit, sibi (prudens scil. & magnus animus) Nobilitatis legem imponit, ut, debere se existimet, quod sponte tribuit; &, nisi in beneficiis creverit, nihil se præstitisse putet: *capit. 1. x. d. donation.* quod aureis literis, &, si quid his pretiosius, scribendum esse dicit Andr. Tiraquellus, *d. cap. 37. num. 40.*

Hinc Cicero, Frugi hominem dici, ait, non 72
multum laudis habet in Rege: Fortem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficium, liberalem, hæ sunt Regiæ laudes; illa privata sunt; in *Orat. pro Dejotar.* Addat. Lipsius, *Politic. lib. 4. cap. 8.* & plurima talia, quæ congessit Tiraquellus, *cit. loc.* Facit *Lex 7. §. 3. ff. d. donationib.*

Undè passim Interppr. affirmare videmus, 73
quòd Tutores personarum Nobilium & Illustrium donare possint, eo quòd id conveniat hujusmodi Pupilli vel Minoris personæ: Cavalcan. *d. tutor. n. 121. vers. quod primò fallit.* post Garsiam, *d. expens. cap. 20. num. 9. vers. si verò Pupillus.* Franciscus Munnoz de Escobar, *tr. d. ratiocin. administrator. cap. 24. num. 14.*

Quòd etam Tutoribus & Curatoribus per- 74
sonarum illustrium, æquè ac ipsis, Donare sit proprium; Riminald. ad *§. 1. num. 122. Inst. quib. alienar. licet vel non.* relatus à Munnozio, *cit loc.*

Quòd ipsi donare possint etiam extra causam 75
Meritorum & Gratitudinis; Surdus, *d. consil. 140. num. 35.* Idem, post Nevizan. Præposit. & Jasonem, *consil. 5. num. 73.*

Modò id eô modò fiat, quô Princeps libe- 76
ralitatem exercere consuevit. cum Barbatia, Innocentio, Rolando à Valle, pluribusque, quos citat, laudatus modò Surdus, *d. consil. 5. n. 73.* Caldas, *d. loc.* Gutierrez. *d. cap. 6. num. 9. in fin.* ubi hoc receptum esse attestatur.

Und demnach/ für das Ander/ die Rechts- 77
lehrere deren fast einhelligen meinung seyn / quòd omnes Tutores & Curatores, etiam non illustrium & nobilium Minorum, donationes Remuneratorias exercendi jus habeant; per *d. L. 12. §. 3. ff. d. administr. tutor.* L. *4. ff. ubi pupill. educar. deb.* Tiraquell. ad *L. Si unquàm. verb. donat. largitus. num. 25. Cod. d. revoc. donat.* post Alberic. Cuman. Roman. Jason. Aretinum, Surdus, *d. consil. 149. num. 34.* ubi, ad confirmandam eandem sententiam, etiam à Prælatô, qui, quamvis & ipse regulariter res Ecclesiæ donare non possit; id tamen ex causâ Remunerationis facere non prohibetur, argumentum adducit ex *Cap. 12.* ibi: *Et illis, qui viventi servierant, aliqua, juxta servitii meritum, conferantur. x. d. testament.* Rolandus à Valle, *vol. 2. consil. 18. num. 61. & seqq.* Amadeus Eckolt. ad *lib. π. 26 tit. 7. §. 4.* Joh. Garsias, *d. tract. n. 22.* Carpz. *d. p. 2. C. 11. D. 48. num. ult.* novissimè Goswinus ab **Essbach/** *num. 5.* Munnoz de Esbobar, *d. cap 24. n. 24.* ex eô, quòd scilicet hæc ipsa Donatio non tàm Donatio sit, quàm potiùs Compensatio, Satisfactio, Solutio, sive quædam Permutatio; *L. 25. §. 11. in fin.* ibi: *Velut genus quoddam hoc esset Permutationis. ff. d. hered. petit. L. 27. de donation.*

nation. Franzk. ad *tit. π. d. Eviction. num. 505.* Gutierrez. *d. juram. confirmator. part. 1. cap. 5. num. 30.* Carpz. *d. part. 2. C. 12. def. 15. num. 7.* Hartm. Hartmanni, *tit. 44. Obs. 2. num. 13.* post Molinam & alios, Hahn. ad Wesemb. *tit. d. donation. num. 4. verb. nisi ob benè.* Esbach. *d. loc.* Gomez. ad *L. Tauri. 29. num. 23.* Francisc. Niger Cyriacus, *controv. for. 469. n. 56.* ibi: *Merita dicuntur justa causa.* Rogger. *lib. 1. consil. 15. num. 28. & sqq.* Marius Giurba, *lib. 1. Obs. 75. num. 7.* Gilmannus dela Motta, *ad Molin. lib. 1. cap. 3. num. 2. cum sqq.* Myler ab Ehrenbach / *Nomolog. cap. 13. §. 2.*

80 Quæ magis naturæ contractûs oneroſi, quàm lucroſi, accedit; Escobar, *d. loc. num. 29.* Gutierrez. *d. num. 30.* cum Sylvano & aliis, Barnabas Cornazzan. *Decis. 127. n. 4.* Nicol. Reusner. *lib. 3. consil. 22. n. 54. & sq.* Addat. Richter. *p. 1. consil. 13. num. 32.* Hunnius, *encyclopæd. Jur. part. 1. tit. 6. cap. 5. num. 8.* Roland. à Valle, *lib. 2. consil. 76. n. 28.* & *lib. 3. cons. 13. num. 9.* Thomas Hobbes, *de Give, cap. 6. §. 14. & cap. 7. §. 14.*

81 Sic, ut propterea DDres passim asserant: Quòd ea, quæ in LLbus de simplici Donatione disposita sunt, ad Remuneratoriam regulariter non pertineant; Hahn. *d. loc.* Escobar. *d. l.* post Clar. & Surd. Johann-Bapt. Hodierna, ad *L. Hac Edictali. C. d. S. N. Quæst. 25. num. 9.*

82 Et his omnibus consequenter Tutores, remuneratoriè donandô, non simpliciter donare; sed magis Debitum solvere videantur: Bartolus, ad *L. 4. ff. d. decret. ab ord. faciend.*

83 **Wie viel mehr wird dann solche** concors & constans DDrum traditio **bey denen** Tutoribus & Curatoribus personarum illustrium **ihren gantz ungezweiffelten raum und platz finden?** quibus hoc nominatim accommodat Surdus, *d. consil. 140. num. 36.* junctis præcedd. Montanus, *de Tutel. cap. 33. num. 333.* & hunc referens Brunnemannus, ad *L. 12. num. ult. ff. d. administrat. tutor.* Gutierrez. *d. part. 2. cap. 6. num. 10.*

84 Quam etiam sententiam in pronuntiandô secuta fuit Facultas Juridica Francofurtensis, autore Brunnemanno, *cit. loc.*

85 Nec non Scabini Lipsienses, qui ità, Anno 1604. in causâ Baronum à **Schönburg / zu Glaucha: Da aber dennoch obgedachter Hauptmann umb die Gelegenheit und** administration **der Herrschafft die beste Wissenschafft gehabt / also / daß solche / durch ein andere Persohn / besser und füglicher nicht bestellet werden können; derselbe aber ohne verwilligung solchen Gnaden-Gelds sich nicht bestellen lassen wollen; Er auch seinem Ampt dermassen vorgestanden / daß der Herrschafft nutzen und bestes dardurch geschaffet worden: So würden wohlermeldten Herren Vormundern die außgegebene 2000. fl. nach gelegenheit diß / falls / in ihrer Rechnung billich passiret / und Sie möchten dieselbe von dem Ihrigen zuersetzen nicht angehalten werden.** apud Carpzov. *d. Definit. 48.*

86 Daß nun aber gegenwärtige / von Seiner Durchl. des Fürsten Cæsaris Hochfürstlichen Herrn und Frauen Vormündern / dem seeligen Sempronio mit 8000. fl. gethane Verehrung eine vera & propriissimè ità dicta Remuneratoria Donatio seye: daran waltet bey Uns nicht der wenigste zweiffel.

87 Sintemahlen / für Eines / Sie die Hochfürstliche Herren und Frau Vormündere / in dem Donations-Brieff / selbst außtruckhlich attestiren / daß Sie in Verehrung solcher 8000. fl. keine andere / alß diſe / intention gehabt / daß die / von Sempronio, dem hochseeligsten Fürsten Alexandro, und dessen gantzem Hochfürstlichen Hause / biß dahin lange Zeit / in viele unterschiedliche weg gelaistete sonderbahre getreue Dienste / nach Sein Sempronii unterthänigstem begehren / mit einer Fürstlichen Recompens erkennet werden möchten.

88 Es ist also / für das Andere / an des Sempronii vortrefflichen Meriten / so derselbe / durch langwührige / sonderbahrer / und getreuer unterthängster Dienstleistung / bey dem Fürstl. Hause gemacht und erworben / auch ex hâc solâ ratione nicht zu zweiflen / dieweilen die Hochfürstliche Herrn und Frau Vormünder darvon selbsten mit mehrerem höchstgültig attestiren / und solche / alß Ihnen Selbst zum besten bekannt und unwidersprechlich præsupponiren.

89 Jungat. Instrumentum Donationis, ibi: Erinnern Unß / welcher gestalten Unser lieber Getreuer N. N. dem Fürstlichen Hauß / und insonderheit Unserem Hochselig-gedachten freundlichen lieben Brudern ꝛc. wie auch diser Fürstlichen Vormundschafft / **bißher lange Zeit / in vile unterschidliche weeg / sonderbahre getreue dienste gelaistet ꝛc.**

90 Quamvis enim aliàs Assertio Donatoris, ad Probationem meritorum Donatarii non credatur sufficere, & ob id à DDbus non admittatur; jx. suprà deducta in Secundâ dubitandi Ratione:

91 Attamen vulgò DDres assertum hoc deserunt in Donatione Remuneratoriâ **à Principe** factâ, de quâ constanter & concorditer perhibent: Quòd ad ejus subsistentiam nulla prorsùs Meritorum probatio exigatur; Tiber. Decianus, *vol. 1. Resp. 25. num. 79.* Natta, *lib. 4. consil. 674. num. 9.* Joseph. Ludovicus, *Decis. 16. num. 360. & sq.* post Bartol. Castrens. Decium, Socinum, Munnoz de Escobar, *d. ratiocin. administrator. cap. 24. num. 32.*

92 Et quòd Principi, de Meritis affirmanti, plena fides adhibenda sit, tametsi Donatarius merita aliter probare & ostendere nequeat. Thomas Grammatic. *consil. 100. num. 55.* Decian. *d. l. n. 37.* Rauchbahr. *illustr. Qq. part. 2. Q. 11. num. 19.*

num. 19. post Bursat. Pacian. & alios, Klock. *d. contribution. cap. 16. n. 187.* Capyc. *Decis. 65. n. 64.* post Barbat. & alios, Regnerus Sixtinus, *tract. d. Regal. lib. 1. cap. 6. num. 28.* cum Jasone & aliis, Surdus, *consil. 419 num. 66.*

93 Esseque hanc omnium propemodùm Scribentiũ communem sententiam, ex Tiraquello, Garsiâ, Loaces, & Baldô testatur laudatus de Escobar, *d. num. 32.* ubi addit ex Baldô: Quòd, quando Princeps, in suis Concessionibus & beneficiis, Causam in genere exprimit, tantum ei credatur, ut contrarii probatio non admittatur; maximè si ex tali Donatione solus Princeps lædatur.

94 Imò si etiam cujusvis Privati, qui facultatem donandi habet, nuda Assertio, ad probanda Donatarii merita, sufficit, sic, ut ille sua Merita, in instrumentò Donationis sive in specie, sive saltem in genere enarrata & expressa, non aliter probare obstrictus sit;

95 Ut communis Interppr. definitio habet, propugnata à Bartolo, ad *L. si forte. num. 5. ff. d. castrens. pecul.* Salyceto, ad *L. 13. num. 2. C. d. collat.* Ripa, *lib. 3. Resp. 9. col. ult.* Curt. Jun. *part. 2. consil. 142. num. 3.* &, qui hos refert Sixtinô, *d. loc. num. 25.* Addat. Bellon. *consil. 74. num. 17.* Guido Papæ, *Decis. 95. num. 2.* post Episc. Loaces, Jul. Clarus, *§. Donatio Q. 3. num. 2.* ubi ex Bertrando, DDres commr ità sentire tradit; de quô etiam testatur Andreas Gailius, *lib. 2. Obs. 38. num. 6.*

96 Quantô magis id in Principis liberalitate, quæ prolixiùs & latiùs patere debet, quàm privatorum, (ut ferè Sixtinus, *citato loco*) locũ sortietur? Et quidnî idem etiam in Tutoribus & Curatoribus personarum illustrium locum obtineat, qui quòd & ipsi facultate donandi, præsertim ex causâ Remunerationis, non destituantur, ex suprà deductis abundè constat?

97 Ja wann wir / Drittens / dises alles nicht hätten; sondern dise Donatio, alß inter Personas prohibitas geschehen / zu consideriren wäre; So würde es dannoch an gnugsamer beweisung des Sempronii Meritorum im stand

98 Rechtens nicht ermanglen: Indeme / pro Primô, zum wenigsten kein Mensch dises contradiciren wird / daß deren gesampten Hochfürstl. Vormundschafft höchstgültige Assertio gar ein grosses zur sach thue.

99 Ità enim plerique Interppr. docent, quòd in tali casu, quô etiam Privatus (nedùm ergò si Principes) remuneratoriam donationem in aliquem contulit, si in instrumentô Donationis de meritis Donatarii ipsemet attestetur, leviores sufficiant Probationes, quàm si talis Assertio non interveniisset; imò quòd cum tali assertione concurrentes verisimiles Conjecturæ sufficiant; ut ex Decio, Angelo, Hippolito de Marsiliis, Baldo, Alexandro & Guidone Papæ notabiliter observavit Joachimus Mynsingerus, *centur. 4. Obs. 75. num. penult. & ult.* Idem, ex Jasone, Alciato, & aliis, propugnat Menochius, *d. A. J. Q. lib. 2. centur. 2. Cas. 134. num. 2.* Andr. Tiraquell. ad *L. Si unquàm. n. 97. & 100. Cod. d. revoc. donat.* Matth. de Affict. *Decis. 16.* post Petrum Rat, & Franciscum Stephanum, Johannes à Sande, *Decc. Frisicar. lib. 5. tit. 1. def. 3. circa fin.*

Wie nun aber die Rechtslehrere hin und wider dociren / quòd arbitrio Judicantium: Quæ & quales Conjecturæ in propositô sufficiant? relictum sit; Tiraquellus, *d. l. num. 102.* Alciat. *tr. d. præsumption. reg. 1. præsumt. 16. num. 3.* Menoch. *d. cas. 134. num. 6.* 100

Also machet bey gegenwärtiger Donation eine starckhe Conjecturam, vor Eines / dises / daß gleichwohlen unter den Fürstlichen Vormundern des Fürsten Cæsaris leibliche Frau Mutter / und die andere Beyde Seiner Durchl. nächste Herrn Vettern / nemlich Dero Herr Patruus und Herr Avunculus, also Beyde Ihme loco Parentum gewesen. 101

Tanta verò Matris pietas, tantus amor ejusdem erga Filios est, ut amor Patris, qui tamen optimum pro Liberis consilium suscipere semper creditur, illô longè superetur; per congesta Menochii, *d. præsumption. lib. 4. præsumt. 89. num. 49. & 50.* 102

Et propterea à de illâ planè non præsumatur, quòd voluerit Liberos suis bonis spoliare, & absque justâ causâ in alium transferre; per doctrinam Ejusdem, *lib. 3. præsumt. 6. num. 34.* 103

Sed & pro hujusmodi Propinquis Minorum quanta militet præsumptio, nemo facilè est qui nesciat; & docere cumprimis hoc potest *Lex 5. §. 11. ff. d. reb. eor. qui sub tutel.* nec non tradita Salyceti, ad *L 5. num. 1. in fin. C. d. contr. empt.* Lindenspühr. in *comment.* ad *Ordinat. Wurtemb. pag. 149. num. 14.* Wesembec. *p. 1. cons. 47. num. 56.* 104

Pro secundô ist wohl zumerckhen / daß dise Donatio zu einer solchen Zeitgeschehen / dawegen damahligen grundverderblichen Krieges-Lasts / gantz nicht zuvermuthen / daß die Fürstliche Vormundschafft dem Sempronio dise zimmlich ansehnliche Summam verehret haben würde / wann Sie nicht darzu / durch Sein / des Sempronii, ungezweiffelt-vorhergangene vortreffliche Merita / sich so obligirt erachtet hätte / daß / absq; opprobrio, dedecore & pudore, Sie solche Verehrung nicht hätte unterlassen können; Allermassen Sie selbsten dergleichen gedancken damahlen gehabt / wann Sie in dem Donations-Brieff expresse anführen: Ob wir nun wohl / wegen jetziger beschwehrlicher Läuffte / und anderer der Vormundschafft harter obligen / nicht geringe ursach gehabt / hierinnen etwas bedenckhen zutragen; haben wir doch / in betrachtung Seiner / dem Fürstenthumb bißhero erwisenen langwührigen Dienste ꝛc. 105 106

Sanè quemadmodum in Necessitatibus ne- 107

mo

mo præsumitur liberalis fuisse, quod dicit Modestinus in *L. 18.* ibi: *Cùm nemo in necessitatibus liberalis existat. ff. d. adimend. legat.*

108 Ità, si quis omninò in necessitatibus & angustiis constitutus liberalitatem exerceat, & hoc, ad Merita remuneranda se facere, asserat; non inanis exindè conjectura colligitur, talia Merita, quæ ipsum ad hoc meritò commoverint, revera præcessisse. argum. *L. 25. in princip.* ibi: *Nunquàm ità resupinus est, ut facilè suas pecunias jactet & indebitas effundat. d. probation.*

Ja daß dise Merita vortrefflich und groß
109 gewesen seyn müssen / dessen gibet / pro tertiò, eine starckhe und stattliche Conjecturam auch dises / daß Er Sempronius dieselbige selbsten der Fürstlichen Vormundschafft unterthänigst zu gemüth geführet / und / umb deren willen / bey Deroselben / umb ein gnädigste Recompens selbst ansuchung gethan;

laut mehr allegirten Donations-Brieffs /
110 ibi: Dahero auch ohnlängsten sich / deren willen / bey Uns / wegen einer gnädigsten Recompens, unterthänigst angemeldet.

Dann wer wolte doch glauben / daß / wañ dise
111 seine Preces nicht in apertissimâ veritate fundiret / und dergleichen singularia & eximia Merita nicht unwidersprechlich vorhanden gewesen wären / Er so kühn und vermessen gewesen seyn würde / dergleichen vor dreyen Hochfürstlichen Persohnen / denen alles wohlbekannt gewesen / zu allegiren? So aber / da Er dises
112 confidenter gethan; so ist nicht zuzweiflen / daß Er ursach gehabt / eine gnädigste Recompens, seu Pretium à se præstiti eximii laboris, (quod dicit Paulus, in *L. 34. §. 1. d. donation.*) unterthänigst zubegehren.

Quarto leget disen starckhen Rechtlichen
113 Præsumptionibus kein geringes pondus zu / daß auch dises Fürstenthumbs / bey welchem Sempronius solche Dienste gelaistet / wohllöbl. Land-Stände dise Merita desselben / noch nach seinem Tod / Anno 1653. in dem damahlen / laut Facti Speciei, mit hoher autorität und gnädigster Vermittlung des regierenden Fürsten Cæsaris Hochfürstl. Durchl zwischen Ihnen / und des Sempronii Erben auffgerichteten Verglichs-Receß / Danckhnehmig erkannt / und / in ansehung deren / auch Ihnen den Erben / ein grosses von Ihrer damahligen Forderung remittirt haben;

Gestalten in solchem Verglichs-Receß mit
114 mehrerem zusehen. ibi: Und daß man gleichwohl solche nicht völlig zubeharren: sondern / umb Ihres Herrn Vattern seel. lange Jahr treugelaisteter Dienste willen / auff zwey Drittel gutwillig zu moderiren gemeint.

115 In erwägung nun diser unverwerfflicher vermuthungen restiret bey Uns nicht der wenigste zweiffel / daß die an seiten des Donatarii erforderte Merita ihre gnugsame Richtigkeit / und mithin dise Donation ihren gantz ungezweiffelten bestand und krafft habe / wann auch schon endlich des Fürsten Cæsaris Hochfürstlr. Durchl. gnädigste Confirmation, alß dieselbe bereits selbsten regierender Herr gewesen / nicht darzukommen wäre.

Es ist aber / für das Vierte / alß auch ein 116
Haupt Fundament des Sempronii Heredum, aus dem Documento sub Nro 2. hiebey ferner zugedenckhen / daß / nachdeme Anno 1653. von wehlermeldten Land-Ständen / des Sempronii Heredibus, wegen eines Anno 1622. in damahligem hohem valor der groben Müntz-Sorten / angelegten Capitals / eine schwehre Controvers an den halse geworffen; dieselbige endlich / durch gnädigste vermittlung Seiner Durchl. Fürsten Cæsaris, alß damahls schon regierenden Landes-Fürstens / dahin amicabiliter componiret worden / daß (inmassen die formalia verba Transactionis lauten) Sie / die Erben Seiner Durchl. gehorsamer lieber Landschafft / vor die gantze Forderung / an denen bey der Statt N. stehenden / in Zeit Ihrer Durchl. Vormundschafft ihrem Vattern seel. cedirten Acht Tausend Gulden Hauptguth / drey Tausend fl. Capital / sampt davon pro Ratâ gebührenden außständigen Zinsen / wie solche bey der N. stehen / abtretten / einraumen und überlassen; die übrige Fünff Tausend Gulden / mit denen gleichfalls davon außständigen Pensionen aber / Ihnen gäntzlich verbleiben sollen.

Auß welchen Worten so viel erhellet / daß / 117
wie / Erstlich / Seine Durchl. Selbst außtrucklich bekennet / daß dise bey der Statt N. stehende Acht Tausend fl. Hauptguths / in Zeit Ihrer Vormundschafft / dem Sempronio seelig cediret worden; Also haben Sie solche von Ihren Hochfürstl. Herrn und Frauen Vormündern / gegen Ihme Sempronio gethane Cession, unwidersprechlich / durch dise non saltem enunciativa; sed dispositiva & emphatica verba, nochmahlen confirmirt / approbirt und bestäthiget / indeme Sie selbsten das Werckh dahin vermittlet / daß von disen cedirten 8000 fl. Dero Landschafft 3000 fl. Capital / sampt denen / pro Ratâ, biß auf solche Zeit / darauß verfallenen Pensionen / überlassen und abgetretten; die übrige 5000 fl. aber des Sempronii Heredibus, sampt denen gleichmässig darauß ruckhständigen Zinsen / gäntzlich verbleiben und gelassen werden sollen.

Was nun solcherley Fürstliche wohlbe- 118
dächtliche / zumahlen mit so emphaticis verbis verfaste gnädigste Approbationes für einen unveränderlichen effect nach sich ziehen / das erachten wir unnöthig / angesehen / es niemanden unwissend seyn kan / mit vielen allegatis

aus den Rechten zubestärckhen: Dann/ wann es auch bey Privatis so heist:

119 Quòd ille, qui approbat factum ab aliô, id ipse feciſſe cenſendus ſit; Hermann. Vultej. in *conſill. Marpurgenſ. vol. 4. conſil. 54. num. 84.*

120 Quòd nemo ab illis, quæ ſemel approbavit, recedere poſſit; *L. 5. C. d. O. & A.*

Quòd fruſtrà illa, quæ ſemel placuére, poſteà diſpliceant; *Capit. Quod ſemel. d. R. J. in 6.* & quæ ſunt ſimilia, congeſta à Vultejo, in *laudatis Conſſ. vol. 2. conſil. 29. num. 77.*

121 **Wie viel mehr wird dann ſolches bey Fürſten ſtatt finden/** quibus nihil tàm congruit, quàm illud ſacratiſſimi Regis & Pſaltis: Semel locutus eſt DEUS, nec faciam irrita, quæ proceſſerunt ex labiis meis? ut de Principe tradiderunt Andreas ab Exea, *tr. d. Pact. num. 455.* poſt Baldum, & alios, Philippus Decius, ad *L. 75. num. 3. ff. d. R. jur.* Coler. *d. proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 90.* Menoch. *conſil. 378. num. 29.* Schrader. *d. feud. part. 10. ſect. 1. n. 60.* Rolandus à Valle, *vol. 1. conſil. 2. num. 153.* & hunc referens Pruckmannus, *vol. 1. conſil. 5, n. 6.*

122 Quibus nihil tàm convenit, quàm ut conſtans ipſorum voluntas ſit? juxta *L. fin. Cod. d. locat. pradior. civil. (11. 70.)* Ægid. Boſſ. *tract. de Principe. num. 18.* Gail. *2. O 55. num. 3.* poſt Dec. & Johannem Jacob. de Leonhardis, Frideric. Pruckmannus, *d. conſil. 5. num. 5.*

123 Ut unam & Linguam, & Calamum habeant; propoſiti tenaces, ceu lapis angularis, imò ipſa in Cœlis ſtella polaris? ut cum aliis loqui amat laudatus Pruckmannus, *cit. loc. num. 7.*

124 **Daß alſo/ wann auch ſchon diſe/ währender Vormundſchafft/ vorgegangene** Donatio **von Rechts wegen null und nichtig geweſen wäre; dieſelbe jedennoch/ durch diſe ſo** ſolenne Confirmation, **zu kräfften gelanget und unwiderrufflich gemacht worden wäre:**

125 Cùm etiam hoc tralatitii juris ſit, quòd, ſi Res Minorum contra LLum præſcripta alienatæ, & propterea hæc ipſa Alienatio ipsô jure ſit nulla; illa tamen ex poſtfactô absque dubiô convaleſcat, ſi Minor, major factus, per Ratihabitionem, eandem confirmet. *L. 6. Cod. arbitr. tutel. L. 2. Cod. quand. major fact. alienat. rat. hab. ibiq;* DDres.

126 **Wabey wir/ Fünfftens/ nicht anführen wollen/ daß dergleichen** Confirmatio ſive Ratihabitio **auch** tacitè **geſchehe/** ſi nempe Minor major factus, ex quô perfectam ætatem complevit, per longum tempus talem Donationem in controverſiam vocare omiſerit; jx. *L. fin. vers. Cùm autem Donationes à minoribus. ibiq;* DDres. *Cod. ſi major fact. alienat. ratam habuer.*

127 **Gleichwie nun diſes alles/ nach anlaitung der Rechten/** extra omnem controverſiæ aleam **ſtehet/ alſo/ daß/ diſem nach/ an der** Validitate hujus Donationis **nicht zu** dubitiren; **Alſo halten wir auch diſes (nunmehro** ad propoſitam Quæſtionem **zuſchreitten) für ein richtige Folge/ daß des Fürſten Cæſaris Hochfürſtl. Durchl. (neben Vöſthaltung deren** Donation **für und an ſich ſelbſten) auch aus denen noch reſtirenden 5000. fl. alß welche dieſelbe/ neben denen darauß/ von** Anno 1631. **biß 53. verfallenen** Penſionen/ **Jemand andern überlaſſen/ und alſo in Ihren nutzen verwendet/ die** Intereſſe **abzuſtatten von Rechts wegen ſchuldig ſey.**

128 Quemadmodum enim certum eſt, quòd Donatio ſemel ab aliquô facta revocari non poſſit; *tot. tit. Cod. d. revocand. donation. ibiq;* DDres.

129 Præprimis ſi illa (ut hæc, de quâ quæritur) ſit Remuneratoria: De hâc enim paſſim dicunt, quòd eadem ex nullâ illarum Cauſarum, ex quibus revocatur Donatio ſimplex, juri revocationis obnoxia ſit; per L. *34. §. 1.* & argum. L. *19. §. 1. d. donat.* David Magirus, ad L. *194. §. 4. & 5. ff. d. V. ſign.* Joh. à Sande, *Decc. Friſicar. lib. 5. tit. 1. def. 3.* Paul. Buſius, ad *L. 27. n. 1. d. donat.* Brunnemannus. ad *eand.* L. *num. 1. & 2.*

130 Adeò, ut eandem ne quidem ob ſupervenientiam Liberorum revocari poſſe aſſerant Tiber. Decianus, *vol. 1. Reſp. 25. num. 33.* Menoch. *conſil. 29. num. 7.* & *conſil. 923. num. 16.* Carol. Ruinus, *vol. 5. Conſil. 173. num. 3.* Tiraquell. ad L. *8. num. 12. C. d. revoc. donat.* Chriſt. Phil. Richter. *p. 2. conſ. 297. num. 6.* Carpz. *J. F. p 2. C. 12. D. 34. num. 3.* ubi ità aliquoties à Scabb. Lipſienſibus judicatum eſſe addit. Ludov. Molina, *d. l. & l. tract. 2. Diſp. 272. num. 11.* Ant. Faber, in *Cod. Sabaud. lib. 8. tit. 38. def 3.* cum Peck. Cacher. Ludov. Pinello, Pruckmanno & aliis, Andr. Rauchbahr. *p. 2. Q. 11. num. 13.* Franc. Vivius, *lib. 1. opin. 86.* Jul. Clarus, *Rec. Sent. lib. 4. §. Donatio. Q. 23. n. 3.* qui Duo hanc ſententiam **communiter receptam** eſſe atteſtantur.

131 Ità non minùs certum eſt, quòd ne quidem Princeps talem Donationem, quam uni vel alteri in ſingularium Servitiorum remunerationem fecit, ex ullâ causâ revocandi jus habeat; poſt Angel. Roman. Alexandr. Tiraquell. Ripam & alios, Joh. Petr. Surdus, *conſil. 419. num. 63.* Joh. Gutierrez. *d. juram. confirmator. part. 1. cap. 5. num. 34.*

132 Ità, ut nec Privilegium, in vicem Præmii, ſeu in ſingularium Servitiorum compenſationem benè merito collatum retrahere valeat; cum Jaſ. Gabriel. Grammat. Natta, Rolando à Valle, Menoch. Socino, Cephalo, & aliis, Rauchbahr. *d. l. num. 12.* ubi ex Achille Perſonali addit: Hujusmodi privilegia, tanquàm firmiſſimis LLum præſidiis obvallata, revocari non poſſe. Surd. *conſ. 140. n. 38.* Decian. *vol. 1. Reſp. 25. num. 33.* poſt Sanchez. Capyc. Reuſner. Berret. Tuſch. Tapiam, & alios, quos laudat, Klockius, *d. contribut. cap. 16. num. 178.*

133 Ne quidem ex plenitudine Poteſtatis: Adr. Gilmann,

Gilmann. *Symphorem. tom. 4. part. 1. vol. 30. num. 204.*

134 Tametsi Donatarius nondùm in possessione sit; sed Donatio subsiterit in terminis solius Promissionis : *Syntagm. commun. Opinion. tom. 3. pag. nobis 495.*

135 Eo quòd scilicet hujusmodi Donatio non mera sit Gratia; sed potiùs Permutatio, vel, si mavis Solutio, aut Datio in solutum; Carol. Molinæus, ad *Consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 99.* post Bald. Menoch. Ludovic. & alios, Rauchbahr. *d. l. num. 15.* Vultej. in *cons. Marpurg. vol. 2. consil. 35. num. 109.* cum aliis, Klock. *d. cap. 16. num. 181. cum seqq.*

136 Cujusmodi negotium, quòd nec Princeps retractare, vel ullatenùs ab illò recedere valeat, planè indubitatum est. per *L. penult.* ibi: *Imperialibus contractibus legis vicem obtinentibus. d. donat. inter Vir. & Ux.* & latè, tùm ex textibus, tum DDbus ostensa à laudato Rauchbahro, *d. Q. 11. num. 5. cum seqq.* & passim ab Aliis.

137 **Hat nun der** Donator, utut in Principali constitutus dignitate, **kein gewalt oder macht/ eine** Donationem Remuneratoriam **wider an sich zuziehen und** cum effectu zurevocíren; **So folget von selbsten/ daß/ wann Er/entweder** ante traditionem rei ità donatæ, **die** facultatem eandem tradendi, suâ culpâ, **verlohren/ oder auch die verehrete Sach/** ex. grat. Capitale seu Nomen alicui donatum **zwar würcklich** cederet **und übergeben; hernach aber solches selbsten für sich** exigiret/ **oder dem** Debitori cesso **die Schuld** remittiret/ **oder solches einem andern eingeraumet und bey dem** Debitore **einnemmen lassen/Er in allweg** ad præstandum id, quod interest, non minus, quàm Venditor, (ut quem etiam aliàs in hôc articulô Donatori æquiparat ipse Justinianus, in §. 2. ibi: *Et ad exemplum venditionis. Instit. d. donation.*) conveniret **werden könne.** argum. *L. 1. princip. L. 11. §. 9. ff. L. 4.* L. *10. Cod. d. action. empt.* L. *17. C. d. fid. instrum.* & eorum, quæ tradit Joach. Mynsinger. *cent. 1. Obs. 53.* Busius, ad *L. 1. num. 3. & seqq. ff. d. t.* Franzk. ad *eund. tit. d. act. empt. num. 57.* Dn. Lauterbach. *ibid. §. 1. num. 6. in fin.*

138 **Dann obwohlen** (ut propiùs ad Rem accedamus) **kein zweiffel waltet/** quòd ille, qui Nomen, seu ex titulô onerosô, seu lucrativô, alicui cessit, etiam post Cessionem, actionum cessarum dominium retineat, & Debitoris à se alteri cessi Creditor remaneat; *L. 3. Cod. d. novation. L. 9. Cod. d. procurator. L. fin.* ibi: *Ex personâ sui debitoris. Cod. quando Fisc. vel privat.* Bachov. *tr. d. action. Disp. 4. th. 2. & 3.* Franzk. ad *tit. d. Eviction. num. 50.* Sande, *d. act. cess. cap. 8. num. 19.* & *cap. 12. num. 2.* Lenzius, *d. nomin. cess. cap. 28. membr. 1.* Burgund. *de Eviction. cap. 11. num. 24.* Lauterbach. ad *tit d. hered. vel act. vend. §. 2. num. 20.*

139 Sic, ut ipse propterea, etiam factâ Cessione, contra cessum Debitorem, adhuc validè agat; *L. 23. §. 1. ff. de hered. vel act. vend.* post Tessaur. Cacheran. Imbert. Fabrum, laudatus Burgundus, *d. num. 24.* Schifordegker, ad Ant. Fabr. *lib. 3. tract. 23. Q. 10.* cum Baldo, Sichardo, Bertazz. Parladorio, & pluribus, quos laudat, Christianus Lenz. *d. tr. cap. 28. membr. 2. num. 1. cum seqq.*

ipsumq; Debitum accipiendô, liberet; *d. l. 3. C. d. novation.* Bachov. *d. Disp. 4. th. 3.* Schifordegker. *d. tract. 23. Q. 3.* Lenz. *d. l.* & *membr. 31. num. 1. cum seqq.* Burgund. *d. num. 24. in fin.* Franzk. *d. l. num. 54.* Sande, *d. cap. 12. n. 2.* 140

Nec minùs validè cum cessô debitore transigere, paciscì, hujusque Pacti vel Transactionis exceptione etiam Cessionarius repelli possit; L. *ult. ff. d. transaction.* Lenz. *d. cap. 28. membr. 3.* & *cap. 31. membr. 2. num. 34. & seqq.* D. Lauterbach. *d. l.* 141

Imò ipse tale Nomen rursùs alii vendere, vel donare, aut ex aliâ seu lucrativâ, seu onerosâ causâ cedere possit; adeò, ut, si ille secundus Emptor vel Donatarius, Debitori, Cessionem sibi factam denuntiet, illum priori Cessionario, ut qui neglexit Debitum præoccupare, præferendum esse adstruat Octav. Cacheranus, *Decis. Pedemont. 65.* &, qui hunc refert, Nicol. Burgundus, *d. cap. 11. num. 25.* argum. *L. 15. Cod. d. rei vindicat.* (in quô tamen dissentit beatus Lauterbachius, ad *d. tit. d. H. vel A. V. §. 2. num. 41. in fin.*) 142

Modò scilicet res adhuc integra sit, & ei, qui cessit, via agendi, debitum accipiendi, paciscendi, transigendi, nomen aliis cedendi necdùm intercluса sit alterutrô ex tribus illis in *L. 3. C. d. novation.* notis modis. Dn. Lauterbach, *d. loc. num. 21.* Sande, *d. tr. cap. 12. num. 11. & seqq.* eleganter Burgundus, *d. cap. 11. num. 27.* 143

Obwohlen/ sagen wir/ dises alles ausser zweiffel: So ist doch/ für das Ander/ dises gar nicht dahin gemeinet/ daß Er Cedens **dem jenigen/ dem Er seine** Action **einmahl** cediret/ **nicht** satisfaction **zugeben gehalten; sondern es ist hingegen versehenen Rechtens:** 144

Quòd, si ille, qui Nomen alicui cessit, cum cessô Debitore paciscatur, vel transigat; vel cessum Capitale ab ipsô exigat & realiter accipiat; vel denique illud alteri ab ipsô cedatur & hic illud exigat, ipse omninò ei, cui semel, vel etiam primùm hoc Nomen cesserat, propterea teneatur, & ad præstandum id, quod interest, efficaciter conveniri possit. 145

Æquissimum namque est, ut Cessionarius, ipsius Cedentis factô excluسus, regressum adversus Cedentem habeat: *L. 13. princip. ff. d. leg. 2.* Hieron. Marilianus, *Decis. 2. num. 5.* &, qui hunc laudat, laudatus Lenzius, *d. cap. 28. membr. 2. num. 9. in fin.* Accursius, ad L. *ult. ff. d. transaction. lit. C. verb. debitore.* Joh. à Sande, *d. cap. 12. num. 3.* ubi agit de casu, quô Cedens, post cessionem, Debitum exegit, vel cum debitore cessô transegit. 146

Undè

Undè non solùm illud omne, quod, post Ces-
147 sionem, ex nomine cessô, ad Cedentem pervenit, Cessionario restitui debet; argum. *L. 2. §. 1. & seqq. ff. d. hered. vel act. vend.* Paulus de Castro, ad L. *63. §. 2. vers. dico tamen. ff. ad Sct. Trebell.* Trentacinquius, *Var. Resoll. lib. 3. tit. d. Solution. resolut. 14. n. 7. in fin.* Bertazzol. *d. clausul. instrumentor. claus. 29. gloss. 4. n. 6. in fin.* Christian. Lenzius, *saped. tract. cap. 28. membr. 2. num. 9.* Dn. Mauritius, *consil. Chilon. 13. n. 19.* B. Dn. Lauterbachius, ad *d. tit. d. H. vel A. V. §. 2. num. 20. in fin.* ibi: *Cui tamen Venditor, quicquid exindè est consecutus, integrum restituere tenetur.* Salycetus, ad L. *23. ff. d. H. vel A. V.*

148 Quod his apertissimis effertur verbis à Jureconsultô Hermogenianô: Nominis Venditor quicquid vel **Compensatione**, vel **Exactione** fuerit consecutus, **integrum Emtori restituere compellitur.** in L. *23. §. 1.* ubi jungi potest Faber, in *Rationalib. ff. d. H. vel A. vend.* Addat. L. *4. §. 6.* ibi: *Si Venditor nominis paratus non sit reddere, quantum ab Emtore acceperit, ff. d. dol. mal. except.*

149 Sed & quòd Cedens simùl illud omne, quod Cessionarii porrò **interest**, præstare teneatur, non minùs apertus evincit textus in L. *6. Cod. d. tit. d. H. vel A. V.* ubi ità Alexander: Qui
150 tibi Hereditatem (Idem verò obtinere etiam in aliarum rerum venditione rectè addit Brunnemannus, ad *ipsam hanc* L.) vendidit, antequàm res hereditarias traderet, Dominus earum perseveravit; & ideò, vendendô eas aliis, Dominium transferre potuit. Sed, quoniam contractûs fidem fregit, ex emptô actione conventus, **quanti Tua interest, præstare cogetur.** Dn. Lauterbach, *d. loc.* ibi: *Simulque omne, quod ejus interest, præstare tenetur.* Brunnemann. ad *L. 5. num. 4.* ibi: *Sic ergò si Cedens non præstet id, quod præstare debet, potest conveniri ex emptô, ad reddendum id non tantum, quod Cessionarius dedit; sed etiam ad Expensas factas & ad interesse.* Faciunt, quæ tradit Alphonsus de Olea, *tr. d. cess. action. tit. 7. Q. 2. num. 20.*

151 **Und obwohlen** diese Textus **nicht** de Cessione Nominis, **ex causâ Donationis** factâ; **sondern alle** de Cessione ex causâ seu titulo Venditionis **reden**; **hingegen aber es scheinen möchte / alß wann** in proposito **solche Rechtslehr nicht anschlüge /** ex hâc ratione:
152 Quòd Contractus Emtionis sit bonæ fidei; & contrà Donatio stricti sit juris; juxta suprà adducta in *Rat. Dubit. ultimâ*:

153 Undè in simili David Mevius inquit: Quòd, si Cessionarius, factâ sibi Cessione, ob non præstita præstanda, adversus Cedentem, experiatur Condictione sine causâ, ipse ultra id, quod dedit, repetere possit nihil; eo quòd hæc actio stricti sit juris; Secùs, quàm si experiretur actione Empti. per *L. 38. §. 7. ff. d. usur. part. 3. Decis. 207. num. 1.*

So ist doch hierwider wohl in obacht zunem- 154
men / daß wir / Erstlich / hier nicht in terminis meræ, propriæ & simplicis; **sondern** Remuneratoriæ Donationis **versiren /** de quâ passim ipsæ LL. dicunt:

Quòd eadem non censenda sit jure veræ & 155
propriæ Donationis; L. *10. §. 7. d. in rem vers.* L. *10. §. 13.* L. *12. princip. ff. mand.*

Quòd res ità donata sit merces seu pretium 156
eximii laboris; *L. 34. § 1. d. donation.*

Quòd talis Donatio genus quoddam sit Per- 157
mutationis; *L. 25. §. 11. in fin. ff. d. hered. petit.* & quæ sunt similia. Ex quibus DDres inferre non dubitant, quòd eadem etiam ratione formæ accidentalis non pro stricti juris; sed pro 158
Conferat. **Fürstl. Würtemb. Ehe-Gerichts-Ordn.** *part. 2. cap. 13. §. 2.* B. Lutherus, in *suo libello*, **vom ehelichen Leben.** *part. 2. tom. Altenburg. 2. pag. 214.* Hunnius, in *commentar. ad cap. 19. Matth.* Gerhard. in *loc. de Conjugio. §. 630.* Menzer. *de conjug. tit. An per divort. verè dissolvatur vinculum conjugale? pag. 196.* Scherzer. in *system. Theol. Loco de Conjug. 27. §. 18. lit. β.* Havemann. in *gamolog. lib 3. tit 7. problem. 3.* Dn. Brückner. in *Decc. causar. matrimonial. part. 2. cap. 18. num. 18.*

32 Ex quo juxta hanc sententiam, quòd videlicet Conjux innocens à tali pertinaci & infideli Conjuge per sententiam separari, & innocenti transitus ad alia vota concedi possit, Beatum Lutherum, Hunnium, & alios præcipuos Theologos pronuntiâsse; nec minùs juxta illam Anno 1600. 13. Novembr. in Ducali Wurtembergico, quod Stutgardiæ est, Consistorio judicatum recenset laudatus Bidenbachius, *d. Q. 4. in fin.*

33 Pariformiter etiam Theologos Jenenses, Anno demùm 1668. pronuntiâsse recenset Richterus, *vol. 2. part. 1. consil. 26.* ibi: **Weilen Sie aber bey ihrem bösen beginnen verharren/ und zu ehelicher Beywohnung sich nicht bewegen lassen/ so wäre Sie mit gefängnus so lang zubelegen/ biß Sie sich zur Schuldigkeit bequemen; oder/ da Sie auch durch Zwangs-Mittel nicht zu gewinnen seyn würde/ so würde Sie alß ein** Desertrix conjugii **zuhalten seyn.**

So viel mit wenigem/ quantum ad Jus.

34 **Wann wir nun diese Verordnung der Rechten gegenwärtigem** Facto accommodiren/ **so finden wir zwar in denen an Uns geschickhten** Actis, **daß Frau** Imploran-tin **so wohl des Herrn** Imploraten Frigiditatem seu Impotentiam, **alß auch eine** omnimodam Denegationē debiti Conjugalis, **so daß Er dieselbe/ aus einem wider Sie/ alß eine alte etlich und sechzigjährige Frau/ wegen ihres grossen Alters und schlechter Gestalt/ geschöpfftem Verdruß/ des ehelichen Beyschlaffs niemahlen gewürdiget/ wider Ihn** allegirt **hab. Wie nun aber/ so viel forderist die angegebene** Impotentiam concernirt **/ allkundigen Rechtens ist:** 35

Quòd illa in dubio non præsumatur; sed 36
quilibet ad copulam cum muliere exercendam idoneus censeatur, ac propterea impotentiam coeundi asserenti onus illam legitimè probandi incumbat; per latissimè firmata à beato Harpprechto, ipsiusque Collegis, in Responso, quod ille hâc de re ad §. *11. Instit. d. nupt.* exhibet, *num. 146. cum mult. sqq.* ubi latè de modis Impotentiam legitimè probandi tractatur:

Also ist in dem gegentheil die diß ohrts wi- 37
der den Herrn Imploraten **angegebene** Impotentia **von Ihme widersprochen; und von** Frauen Implorantin **biß** acto nullo modo probiret **worden. Wannenhero noch zur zeit** 38
auff dises angeben keine reflexiōn **genommen werden mag. Wafern aber hiernächst Frau** 39
Implorantin/ **entweder umb** inspectionem Corporis, per Medicos & Chirurgos, **anfuchung thun/ und die von Ihr** allegirte Impotentia **sich** ex ipsa oculari inspectione **ergeben; oder aber dieselbe in andere wege** probirt **werden könte; so würde entweder die Eheschei-** 40
dung alßgleich; jungatur Harpprechtus, *cit. loc. num. 150.* ubi plures allegat. Dn. Stryk. in *additionib. ad d. §. 2. verb. immedicabile.*

Oder ererst nach verfliessung drey völliger 41
Jahre à tempore conjugalis Cohabitationis **Obrigkeitlich zu erkennen seyn;** juxta ea, quæ prolixè ex Ddbus tradit laudatus Harpprechtus, *cit. loc.* B. Lutherus, in *suo libello* **vom ehelichen Leben/** *part. 1. circa fin. tom. 2. Altenburg. pag. 213.* Dedeken. *vol. 3. lib. 4. Sect. 6.* Beust. *de jure connubior. part. 2. cap. 14.* Kizel. in *synopsi matrimon. cap. 3. theor. 4.* B. Gerhard. in *Loco de Conjug. §. 660.* Carpzov. in *Jurispr. Consistor. lib. 2. tit. 9. D. 200. & 201.* Richter. *p. 1. Dec. 8. num. 16.* Brunnem. *de jure eccles. lib. 2. cap. 17. §. 2.* Brouwer. *de jure connub. lib. 2. cap. 4. §. 14. 15. 16.* Sanchez. *de matrimon. lib. 7. Disp. 93. & Disp. 107. num. 3.* Escobar & Mendoza, *Theol. moral. tom. 3. part. 2. lib. 27. cap. 14. n. 82. & 89.* Dn. Brückner. in *Decc. causar. matrimonial. cap. 22. num. 10. & sq.*

Die andere Causam **der gebettenen gäntzli-** 42
chen Ehescheidung concernirend; nempè Denegationem debiti conjugalis, **so ist auch dieselbe/** secundum Acta ad nos transmissa, **nicht dermassen beschaffen/ daß deßwegen** ad Divortium,

tium, nostro quidem judicio, salvis semper melioribus, **noch zur zeit vom Herrn Richter geschritten werden möge. Sintemahlen/ vor**
43 **Eines/ der Herr** Implorat/ **ob Er gleich anfangs dises seiner Frauen vorgeben eben nicht gar zu weit geworffen/ indeme Er gleich in der Ersten Verantwortung** expreßè **gemeldet hat/ daß bey einem alten Ehegatten/ da man in** desiderio procreandi Liberos frustriret **werde/ und deßhalben der Beyschlaff unnütz und vergebens sey/ nichts anders/ alß eine** mutua Assistentia, **zu** attendiren **sey**; Nro Actor. 2.

Wie ingleichem Er auch Nro Actor. 8.
44 **meldet/ daß/ was noch nicht geschehen/ nicht versaumt seye; sondern annoch geschehen möge: So hat Er doch nicht allein/ in nächstangezogener seiner ersten Verantwortung/ das** contrarium **vorgegeben/ daß Er nemlich seiner Frauen/ gleich in der ersten und anderen Nacht nach geschlossener Hochzeit/ die eheliche Pflicht abgestattet**; d. Nro secundo & passim in Actis;

45 **Sondern Er hat auch solches/ mittelst leiblichen Aydes/ erhalten zukönnen/** haud obscurè **angezeiget**; dicto N. 8. §. **So dañ und daß das** Matrimonium consummirt. &c. **und hingegen die Schuld/ warumb nemlich dergleichen** co-
46 habitation **nicht** continuirt **worden/ seiner Frauen beygemessen; indeme Sie nemlich die von Ihme hierinnen bezeugte Liebe gar schlecht** reciprociret/ **ja Ihme** resistirt/ **und/ da doch der Herr Beichtvatter Sie zu einem bessern/ fried- und liebreichern Leben** seriò adhortirt/ **Sie sich in ein sonderes Zimmer gebettet/ und sich selbsten von Ihme/ aus ursach/ weil Er Ihr vorhero gewohntes/ und bey Ihme zutreiben an Ihne verlangtes verthuntsches Wesen/ nicht gut heissen wollen/** privato ausu **zu Tisch und Bett geschiden hab; und was dergleichen mehr in den** Actis **enthalten.**

47 **Wagegen zwar/ an seiten der Frauen** Implorantin **hauptsächlich** urgirt **worden/ daß Sie mit einem der Herrn Statt-**Physicorum **erweisen könne/ daß Herr** Implorat **sich** expreßè **gegen Ihme vernemmen lassen: Er müsse bekennen/ daß Frau** Implorantin **Ihme je und allweg zuwider gewesen/ und daß Er einen Eckhel ob Ihrer Person/ auch vor der Hochzeit/ geschweige hernach/ bey sich gespührt. Ferner**
48 **hat zwar Sie dises/ daß Sie sich in ein besonderes Bett gelegt/ gutwillig gestanden; Jedoch meldet Sie dabey/ daß dises erst ein Jahr nach gehaltener Hochzeit geschehen seye:** Nro Actor. 13.

Wie nun aber dises alles lauter Res meri
49 facti **seyn/ deren** Probation **bißanhero von keinem versuchet; geschweigen zu rechtlicher genüge eingebracht worden: Also zeiget sichs von selbsten/ daß/ da beyde Theil in so starckhen** contradictoriis **gegeneinander stehen/ die von Frauen** Implorantin **angebende** Denegatio debiti conjugalis, ad hunc tantum effectum, ut propterea Divortium seu totalis separatio ipsorum, ceu Conjugum, quos non nisi ex duabus, in Lege Divinà notatis causis, hominibus separare permissum est, locum sortiatur, **nicht** attendiret **werden könne.**

Umb so weniger/ weil/ 2dò, **in den** Actis **nicht zufinden/ daß Herr** Implorat in reddi- 50
tione Debiti conjugalis, **eine solche** pertinaciam, & præfractam Contumaciam, **alß unsere Heran** Theologi **und** Jureconsulti, juxta suprà relata, ad hunc effectum, ut, propter Denegationem Debiti conjugalis, Divortium inter Conjuges permitti possit, **begangen hätte: Wohlerwogen/ wie derselbe noch niemahlen/** 51
alß jetzt erst/ von seiner Haußfrauen/ deßwegen bey der löbl. Obrigkeit verklagt; also auch und vielweniger/ von derselben/ zu laistung solcher Ehelichen Schuldigkeit/ durch einige Bedrohung/ geschweigen durch Gefängnus/ oder andere Straffen darzu angehalten worden: quæ omnia tamen, ad effectum Divortii, Divini æquè ac humani Juris Interpretes omnes notoriè requirunt.

Videatur inprimis Bidembach. *d. Q. 4. pag.* 52
556. ibi: *Si ergò talis persona nullis modis, aut rationibus, nec publicâ & severissimâ Magistratûs autoritate, carcere & pœnis, possit adigi, nec ullâ commonefactione tantum proficiatur, ut matrimoniali consuetudine cohabitet Conjugi, liberetur persona innocens per sententiam à tali Conjuge infideli & pertinaci &c.*

Ja/ welches das mehiste ist/ so sucht Herr 53
Implorat **die** Reconciliation **mit seiner Haußfrauen** cum summa cura & solicitudine; **ist erböthig/ was bißhero hierinnfalls versaumt worden/ ins künfftig zuthun.** 54
Und ist zumahlen wohl in obacht zuziehen/ daß Frau Implorantin/ **alß eine etlich und sechzigjährige Frau/ solche** Consuetudinem matrimonialem **selbst nicht verlangt. Wie solte oder könnte dann eine Christliche Obrigkeit/ die in allen Ehe-Sachen/ alß in höchstwichtigen Gewissens-Sachen/ an das Wort unsers Heilands/** Matthæi *19. vers. 6.* præcisè **gebunden/** ex dictâ causâ **eine völlige Ehescheidung** illæsâ conscientiâ **ergehen lassen?**

Nec enim quævis denegatio Debiti conju- 55
galis; sed tantummodò pertinax, præfracta & contumax, pro malitiosâ Desertione haberi, adeoque Divortio locum parere potest; per superius notata.

Es haben zwar/ Drittens/ noch ferner/ 56
bey diser beschwehrlichen Sache/ die gedanckhē nicht unzeitig entstehen wollen/ daß/ weilen man diß ohrts kein Matrimonium per copulam carnalem consummatum **vor sich habe; sondern allein** in terminis Matrimonii per sacerdotalem Benedictionem perfecti **versire/ wegen Herrn** Implorati morosität/ **grossen Widerwillens und Feindschafft zwischen beyden Eheleuthen/ und/ wann Sie**

zur ehelichen Cohabitation von löblr. Obrigkeit gezwungen werden solten / nicht unbillich zubesorgen-habenden tragici Eventûs, Sie
57 wohl voneinander gescheiden werden können; allermassen alß auch sonsten / ex tali causâ, etiam de præsenti contractaSponsalia, in nostris quoque Consistoriis, dissolvirt zuwerden pflegen.

58 Es ist aber hierwider / fürs Erste / fleissig zu consideriren / daß eben dises: Ob wir nemlich diß ohrts allein ein per sacerdotalem Benedictionem perfectum; oder ob wir auch ein per copulam Carnalem consummatum Matrimonium vor Uns haben? noch gantz unrichtig
59 sey; wohlbetrachtet / daß zwar Frau Implorantin das Erste vorgibt; das letztere aber / daß nemlichen Er die erste und folgende Nacht nach der Hochzeit / Sie fleischlich erkannt habe / von
60 Herrn Imploraten constanter beharret wird. Ob nun zwar anbey erachtet werdẽ wolte / daß / zu erlernung einer gewißheit / der Frauen Implorantin ein Jurament / und zwar in specie das Juramentum Purgationis, daß Sie nemlich / mittelst dessen / docire und darthue / daß mehrallegirtes Debitum conjugale Ihr / von ihrem Ehewirth / (alß vor welchen die Præsumptio,
61 daß Er nicht allein Potens & ad illud præstandum idoneus seye; sondern daß Er es auch Ihr würckhlich præstirt habe / notoriè militirt; per superius relata ex Johanne Harpprechto, ad §. *11. num. 146. Inst. d. nupt.* & *L. 51. ibique* à DDbus vulgò notata. *ff. pro soc.*) nicht præstirt worden sey / deferiret werden möchte; arg. eorum, quæ in simili docentur à B. Brunnemannô, ad *l. 12. num. 3. ff. d. rit. nuptiar.* & ad *l. 8. num. ult. Cod. d. incest. & inutil. nupt.*

62 & quæ generaliter de Causis matrimonialibus, quòd videlicet Juramentum purgationis in illis locum habeat, tradit Carpzovius, *Jur. For. p. 1. C. 22. Def. 3. num. 4.* Setser. *d. juram. lib. 3. cap. 11. n. 7.* B. Dn. Lauterbach, *d. juram. purgation. §. III. num. 60.* Carpzov. in *Jur. Consist. lib. 3. Def. 45.*

63 So will Uns doch / salvis melioribus, nicht bedunckhen / daß dises Jurament in casu propositio statt haben könne; also nemlich / daß dasselbe der Frauen Implorantin / alß dem klagenden Theil / deferiret werde; in reiffer betrach-
64 tung / daß das Juramentum purgationis non nisi rarissimè dem klagenden Theil; und utplurimùm dem beklagten Theil deferirt zuwerden pflegt; ex doctrinâ Carpzovii, *J. Consist. l. 3. Def. 46. num. 14.* & B. Lauterbachii, *d. juram. purgation. §. III. num. 59.*

65 Und daß / wann diser Ayd der Frauen Implorantin deferirt würde / desselben delatio und erfolgende Præstatio eines per sacerdotalem Benedictionem, adeoque sine dubio legitimè contracti, Conjugii Dissolutionem nach sich ziehen und würckhen würde:

66 Ad quem effectum Juramentis regulariter nullum locum patere, juris est explorati; in tantum, ut nec in casibus, ubi saltem Sponsalia contracta dicuntur, Juramentis ad illorum dissolutionem tendentibus locus facilè concedatur. Videat. Carpzovius, Lauterbach, & alii, *locis proximè adductis.*

Et tametsi hæc doctrina principaliter in illis 67
Juramentis obtineat, quæ vel extra judicium, vel in judicio, à Parte parti deferuntur; & econtrà in illis, quæ à Judice deferuntur, diversum frequentetur; ostendente id Carpzovio, *J. C. lib. 3. Def. 45. per totam.*

Adeò, ut, in casu, quô Puella prætendit, 68
matrimonium secum contractum esse, & pro hâc illius assertione prægnantissimæ præsumptiones & judicia militant; Reus verò id negat, Actrici juramentum seu in supplementum, seu Purgationis à judice benè deferri possit, ut ipsa, per illud, se à suspicione Mendacii & Calumniæ liberet ac purget, ne quid falsò contra Reum affirmâsse videatur; per ea, quæ in terminis tradit Carpzovius, *d. Def. 45. num. 14. & 18.* ubi elegans hanc in rem Præjudicium subjungit:

Attamen nec hoc in proposito quadrat; eo 69
quòd, si Actrici in casu præsenti Juramentum deferendum esset, illud, ut suprà dictum, non ad Matrimonii per *ἐερολογίαν* firmiter contracti conservationem; sed ad illius dissolutionem & 70
Divortium viam sterneret: In cujusmodi casibus quòd etiam Judices, etiam quando solùm de Sponsalibus quæritur, juramentum difficulter & ægrè deferant, dispalescit ex doctrina ejusdem Carpzovii, *d. Def. 45. num. 11.* ibi: *Idque eo magis, quòd hoc juramentum tendat ad matrimonii consummationem; ac proindè eò facilius decernendum, quàm si dissolutio conjugii contracti indè metuenda esset.*

Daß aber diser Ayd dem Herrn Imploraten 71
deferirt werden solte; darzu wolte wir / ne gravissimo Perjurii crimini ansa præbeatur, noch weniger einrathen; per regulam *Legis 2. in fin. Cod. d. ind. viduit. toll.*

Zu dem aber / und wann gleich der Frauen 72
Implorantin gemeldter Ayd deferirt / und von Ihr dises / daß Herr Implorat Ihr niemahlen ehelich cohabitirt hab / aydlich außgesaget würde: So würden wir deñoch deren jenigen meinung / daß nemlich / weil dises matrimonium per copulam Carnalem nicht consummirt worden / ex hac causa ein Divortium ergehen möge / nostro voto nicht beypflichten.

Dann ob man gleich sagen wolte / daß ein 73
solches Matrimonium, so per Copulam carnalem nicht consummirt worden / pari jure cum Sponsalibus zuachten sey; quæ quòd propter implacabiles Inimicitias dissolvi possint, nemo ullus est, qui nesciat. Conferatur Carpzovius, *Jur. Consist. lib. 2. Def. 176. per tot.* Kizel. in *synopsi matrimon. cap. 8. theorem. 13. lit. d.* Besold. in *Conss. Tubing. p. 2. cons. 80. num. 53. cum sqq. & p. 5. cons. 244. num. 11. & sqq.* Richter.

Dec.

Dec. 8. n. 9. Mevius, *part. 4. Dec. 43. n. 7. cum sq. & p. 6. Dec. 226.* Havemann. in *gamolog. lib. 1. tit. 13. posit. 7. sub rubr. Extrinseca emergentia. nnm. 4. & 5.* Henr. Brouwerius, *de jure connubior. lib. 1. cap. 25.* Dn. Cancellar. Ossander, in *Theol. casuali, p. 5. cap. 1. sub rubr. An morum notabilis asperitas.* Ludov. Dunte, *de casib. conscient. cap. 19. Sect. 1. Q. 37.* Dn. Brückner. in *Decc. causar. matrimonial. cap. 1. n. 59.*

74 So können wir doch auch diſem ſuppoſito nicht beyfall geben. Dann daß Sponſalia etiam de præſenti, à Matrimonio per omnia cauſarum genera, differiren; das iſt ſchon längſten/ von unſeren ſeeligen Herrn Anteceſſoribus, Theologicæ æquè ac Juridicæ Facultatis, in einem weitläuffen/ bey B. Harpprechto, ad *rubr. Inſtit. d. nupt.* befindtlichen Conſililio, plenâ manu demonſtriret worden; wahin wir Uns ſtudio brevitatis beziehen.

Addat. Carpz. *J. Conſiſt. l. 2. Def. 103. & 137.* Goswinus ab Esbach, in *addition. ad Carpzov.*

75 *Jur. For. p. 2. C. 24. D. 5.* ubi ſcribit, hoc tàm clarè in laudato Tubingenſium reſponsô demonſtratum eſſe, ut non credat, cordatum Jctum ampliùs de hâc ſententia poſſe dubitare.

76 Und weilen / nach dem / beydes Canonico, alß Civili Jure approbirten Axiomate, ein verum, legitimum & perfectum Matrimonium, per ſolum conjugalem conſenſum contrahirt wird; *L. 30. d. reg. jur.* ubi omnes Scribentes. *L. 15. d. condit. & demonſtr. L. penult. d. donation. int. vir. & uxor. Can. Cùm initiatur. 5. C. 6. Q. 2.*

77 ità ſcilicet, ut Concubitus ſeu Copula Carnalis ad iſtum effectum nullo modo requiratur; per *dd. txx.* Coll. Jurid. Argentor. ad *tit. π. de rit. nupt. th. 3.* ut qui ſaltem ad uſum & non ad eſſentiam matrimonii ſpectat; Cothmann. *vol. 2. Reſp. 78. num. 17.* Brückner. in *Dec. causar. matrimon. cap. 11. num. 37. pag. 426.*

78 Per Conſenſûs namque conjugalis, ſive matrimonialis, declarationem Maritus & Fœmina in hoc conſentiunt, ut ipſi ſtatim Conjuges fiant, & indiſſolubile animorum vinculum inter ipſos conſtituatur; & ſtatim alter ſui Corporis jus (per ſymbolicam, quam non malè Dn. Schilter appellat, ſuiipſius traditionem. ad *§. 12. th. 16. Inſt. d. nupt.*) in alterum transferat, idemque viciſſim ab alterô accipiat; idque ſobolis procreandæ gratia, cum promiſſione omnium officiorum, quæ DEUS à Conjugibus mutua requirit; eleganter Zepperus, in *tr. d. LL. Moſaic. lib. 4. cap. 20. pag. 519.* & cum illo B. D. Lauterbach, in *tract. d. Arrha, th. 144.* Paulus Laymannus, in *Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 1. n. 1.* Petr. Barboſa, *d. part. 2. num. 85.* ubi dicit, longè verius eſſe, in matrimonio de præſenti cenſeri interveniſſe traditionem, per quam dominium corporum transfertur ad pòtentiam copulæ &c.

79 Hinc quamprimùm hic Conſenſus corã Miniſtro verbi Divini, in facie Eccleſiæ, declaratus, & Mulier viro ab illo copulata atque tradita eſt; tunc omnia Matrimonii eſſentialia; tunc Matrimonium, quod in contradiſtinctione Matrimonii per Sponſalia tantummodò inchoati, & ejus, quod per copulam carnalem conſummatur, Perfectum appellamus; tunc Maritum & Uxorem; tunc perſonas, quas DEUS conjunxit, habemus, quas proindè ſeparare, niſi illud ex cauſis in Lege Divinà approbatis procedat, humanam poteſtatem omninò excedit. Hahn. ad *Weſemb. tit. d. rit. nupt. n. 2.* ad verba: *Deindè alia dicuntur vera.* ibi: *Hodiè conſummatum matrimonium eſt, cui acceſſit ἱερολογία*, ſo / Chriſtlichem Gebrauch nach / durch Prieſterliche *Copulation* vollzogen. *Patet id ex reſponſo Facultatis d. Ao. 1626. d. 30.* 80 *Jun. ad tutores V. B.* verbis: Daß derowegen die mit V. M. erfolgte/ auch durch eine offentlich/ *coram facie Eccleſiæ* beſchehene *Copulation*/ *approbirte* / und vollenzogene Ehegelöbnis/ *pro juſto ac legitimo matrimonio* zuhalten. poſt Cypræ. & Brunnem. Esbach, in *notis ad Carpz. J. F. p. 3. C. 16. D. 3.* ubi ſcribit: Quòd Hodiè per Benedictionem Sacerdotalem matrimonium conſummetur, & poſt hanc ex Sponſo & Sponſa verè fiat Uxor & Maritus. Carpzov. *J. Conſ. lib. 2. Def. 142. num. 1. & per tot.* ubi vide omninò. poſt Roman. & Roland. Andr. Gailius, *lib. 2. Obſ. 80. num. 5.* ibi: *Poſt contractum matrimonium, quod conſenſu perficitur, adimpleta eſt Promiſſio; ideò propriè Conjuges, Vir & Uxor, dicuntur.*

Neq; ad hoc, ut Matrimonium perfectè con- 81
tractum appelletur, ut perſonæ contrahentes Maritus & Uxor fiant, requiritur Concubitus ſive copula carnalis; ſed ſola Conſensûs matrimonialis, coram facie Eccleſiæ & Sacerdote, hinc indè facta Declaratio Matrimonium perficit, & Conjuges efficit, de quibus regulariter illa omnia prædicantur, quæ in Divino æquè ac humano Jure de Conjugibus conſtituta & ſancita occurrunt; præprimis verò indiſſolubilitatem inducit. Dn. Lauterbach, *d. ſingul. affinium jure, Diſſ. 1. cap. 4. §. 2. num. 44.*

Copula namque Carnalis non eſt de matri- 82
monii eſſentiâ; ſed ejus effectus & operatio; perfectio verò eſſentialis conſiſtit in mutuâ Corporum traditione, ad Copulam: Conſenſus itaque matrimonium efficiens non fertur explicitè in copulam; ſed in poteſtatem, & implicitè in copulam; ut de his ferè Sanchez, *tr. de matrimon. lib. 2. Diſp. 28. num. 3.* Addat. omninò Nicolaus Reuſnerus, *lib. 1. conſil. 6.* ibi: *Neque enim ad ſubſtantiam matrimonii ipſius, majus aut firmius aliquod vinculum confert ipſe Concubitus &c.*

Undè ità notabiliter Benedictus Carpzovius: 83
Conſenſus, ait, in ſponſalibus declaratus Matrimonium non planè perficit; nec Sponſalia (ut maximè pro matrimonio habeantur) verum Conjugiũ ſunt & dicuntur; ſed traditione demùm perfectè conſummatur, & matrimo

trimonii initiati consummatio ulteriùs **requiritur. Fit** autem **Consummatio per copulam & benedictionem Ecclesiasticam**; perindè, ut quondam Deductio sponsæ in domum sponsi non ad Solennitates tantùm; sed etiam ad perfectionem & substantiã matrimonii requirebatur. In cujus locum Hodiè in orbe Christiano Benedictio sacerdotalis coram facie Ecclesiæ successit. in *Jurispr. Consist. lib. 2. Def. 66. num. 10. & sq.*

84 Nec minùs notanter & graphicè de his disserit Georg-Adam Struvius, qui ità: Initur, juxta DEI institutionem, matrimonium consensu conjugali mutuô; seu, consistit Contractus, quô matrimonium initiô constituitur, in affectu alterno: *Nov. 22. cap. 3.* sive consensu conjugali, in individuam scil. ac fidissimam societatem, qui etiam includit animum ac votum liberos procreandi. *L. 220. §. 3. d. V. S.* Concurrunt enim in matrimonio conjunctio animorum, & copula seu conjunctio Corporum, ordinata ad prolem. **In illâ consistit essentiale hujus Conventionis.** *L. 30. d. R. J.* Hæc illam sequitur. *d. L. 220. §. 3. d. V. S.* atque primum est causa secundi, & ex secundo primum infertur. *exerc. ad π. 29. th. 20.*

85 Omnium verò nitidissimè hæc effert Hahnius, ad *Wesemb. tit. d. rit. nuptiar. num. 8.* ad verb. *Eadem est ratio violentiæ. pag. nob. 108.* ubi ità: **Concubitus,** inquit, (respondens usui rei traditæ in venditione) **non pertinet ad Contractûs (matrimonii) essentiam, neque ad veritatem, neque ad integralem ejus perfectionem: Sed id, quod ad essentiam requiritur, tantùm est, quòd sit mutua animorum conjunctio in individuã vitæ societatem. Hoc autem reperire est in matrimonio contracto sine ullo ordine ad copulam ex parte contrahentis:** Etenim quicunq; id init, duplicem consensum habet, alterum directum in conjugalem societatem seu animorum conjunctionem; alterum in copulam. Ideò enim implicitè in hanc est directus, quia, tanquàm finem, respicit Prolem, ità, ut copulam carnalem habeat tanquàm medium. Isti autem consensus ità se habent, ut secundus, qui est in procreationem Liberorum, supponat primum, &
86 illum consequatur. Hactenùs Hahnius, *cit. loc.* ubi latè de hoc: Utrum Noachidæ, ante Legem Mosaicam, ad hoc, ut matrimonium ab ipsis contractum dici potuerit, præter Consensum, etiam Concubitum necessarium habuerint? contra Grotium hoc affirmantem differit.

87 Addatur Bachovius, ad *Wesembec. tit. d. rit. nuptiar. num. 3.* qui pariter in conjunctione voluntatum & affectuum formam matrimonii consistere; corporum verò conjunctionem consequens esse, dicit, quæ tamen potentialiter & intentionaliter ità requiratur, ut Conditio perpetuò servandæ Castitatis adjecta conjugium ipso jure nullum faciat. Arnisæus, *d. jur. connubior. cap. 3. num. 1. & sq.*

Inprimis verò veritas nostræ adsertionis evin- 88
citur ex illis, quæ hac de re scribit beatus Theologus, Dn. Balthasar Menzerus: Nuptiis, inquiens, ità celebratis, h. e. Sponsô sponsâque in Christianam concionem adductis, ibidemq; ab Ecclesiæ ministro conjugiô illorum approbatô, confirmatô, & solennibus precibus DEO commendatô, & posteà Sponsâ traditâ Sponso, ut eodem communi thoro fruantur, junganturq; conjugali lege, Matrimonium dicitur consummatum & perfectum, juxta verba illa ipsius DEI: Erunt duo in carne unâ, in *libello de conjugio, pag. 264.*

Hinc etiam in utrôque, Divinô æquè ac hu- 89
manô, Jure, pro certo habetur, quòd Virgo possit esse Uxor, & quòd Uxor possit esse virgo; B. Lauterbach, *d. singulari affin. jure, dissert. 1. cap. 4. §. 1. n. 8.* quale illud est, quod 3. Reg. 1. de Abisag Sunamitide, quæ revera, coram DEO, Regis Davidis Uxor fuit; imò etiam illud, quod in Evangelio de Josepho & Maria obvium est, qui veri & ipsi Conjuges fuére, quantumvis sine consuetudine conjugali; advertente B. Luca Osiandro, in *commentar. ad 3. Reg. caput 1.* & præ aliis id eleganter illustrante Henningo Arnisæo, *tr. d. jure connubior. cap. 6. num. 6.* post Thomam, Brücknero, in *Decc. matrimonial. cap. 11. num. 37. pag. 426.* Paulo Zacchia, in *Qq. medico-legal. lib. 9. tit. 10. Q. 3. num. 21.* Addat. *L. 6. cum L. seq. ff. d. rit. nupt. L. 8. Cod. d. inc. & inutil. nupt.*

Ex quo etiam Uxori, in Codice sacro, 90
sine ullo discrimine (sive illa cum Marito suo concubuerit, sive non) opponitur Puella, Viro desponsata. Devteron. *22. vers. 23.* juncto Levit. *21. v. 13.* Hahn. *d. l.*

Hinc, quòd etiam Adulterium, sine distinc- 91
tione, sive Proximi Conjux, cum quâ quis illicitam consuetudinem habet, cum illô concubuerit, sive non, in Lege Divina, Deut. *20. v. 50.* perpetrati dicatur, advertit Hahnius, *cit. loc.*

Sicque etiam in Jure Saxonico dicitur, quòd 92
Matrimonium per copulam seu benedictionẽ Sacerdotalem perficiatur seu consummetur; *p. 2. Const. 24.* ibi: **Daß von zeit der vollzogenen Ehe/ und also wann der Kirchgang geschehen.** *ibique* Carpzovius. Vide tamen Eundem, *in Prax. crimin. Q. 56. num. 34.*

Hinc, quamprimùm matrimonium per *ἐεροσ-* 93
λογίαν seu sacerdotalem benedictionem perfectum est, illud statum designare incipit sacramentum seu mysterium inter Christum & Ecclesiam: ad Ephes. *5. vers. 29. & sq.* Carpzov. in *Jur. Consist. l. 2. Def. 66. num. 23.*

Hæcque ipsa Copulatio Sacerdotalis Con- 94
jugium inducit, & hinc quoque effectus Conjugii producit. Dn. Samuel Stryke, in *addition. ad Jus Ecclesiast. Brunnemanni, lib. 2.*

cap.

cap. 17. num. 40. ad verba : *Post conscensum thalami.*

95 Hinc, quòd, statim à momento Copulæ Sacerdotalis, Uxor domicilium Mariti sui intret, ibique forum sortiatur, notat idem Carpzovius, in *Resp. Electoral. lib. 2. Resp. 24. num. 17.*

96 Hinc, quamprimùm Benedictio Sacerdotalis accessit, nova Uxor privilegiis Mariti sui gaudet. noviſſimè Dn. Müller, in *Diss. d. Hierolog. seu benedictione sacerdotali, sect. 6. th. 8.*

97 Hinc plerisque in locis, ex hoc statim momento, Communio seu societas bonorum conjugalis (ubi scilicet illa usu recepta est) inducta censetur; ex Cornelio Neostadio, & Lamberto Goris, B. Lauterbach, *d. societ. bonor. conjug. cap. 2. §. 22.* Simon à Grœneweg. *tr. d. LL. abrog. ad l. 6. d. rit. nupt.* Christinæus, *vol. 1. Dec. 216. num. 9.* noviß. Dn. Petrus Müller. *d. sect. 6. th. 11.*

98 Hinc ex eôdem quoque temporis momento Privilegium Hypothecæ & jus prælationis, pro Dote indultum, suum capiunt initium; Carpzov. *d. p. 2. Const. 24. Def. 1.* Gail. *l. 2. Obs. 86. num. 3.* Negusant. *d. pignor. part. 2. princip. membr. 4. num. 80.* Brunnem. ad *L. 1. ff. qui potior. in pign. num. 1.* post Hartmannum Pistoris, & Richterum, Esbach, in *not. ad d. Def. 1.* Brückner. in *Decc. causar. matrimon. cap. 1. num. 51.*

99 Hinc, si porrò matrimonium per consensum matrimonialem (qui Hodiè non nisi in ipsa sacerdotali benedictione declaratur) contractum fuerit, licet unus ex Conjugibus ante conscensionem thalami moriatur; quin tamen superstiti, juxta dispositionem Juris communis, Portio, Statutô, vel Pactô, Marito aut Uxori assignata debeatur, nullum se dubitare, argum. *d. L. 30. d. R. J. L. 15. in fin. d. condit. & demonstr.* scribit Dn. Lauterbach, in *Differentiis Juris commun. & Wurtemberg. ad p. 4. th. 1.* aliique DDres, quorum longum catalogum adornavit Wammesius, *consil. 552. num. 12.* Forster. *d. succession. lib. 9. cap. 3. n. 10.* Brunnemann. *d. Jur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 17. n. 40.*

100 Et tametsi in hoc Ducatu, necnon in Saxoniâ, & Marchia Brandenburgicâ hoc non aliter procedat, quàm si Matrimonium thalami conscensione sit consummatum, **daß nach gehaltenem Kirchgang allbereit zum ehelichen Beylager gekommen / und die Deckhe beschlagen worden; Fürstl. Würtemb. LandR.** *part. 4. tit. 2.* **Sächs. LandR.** *lib. 1. artic. 45. & lib. 3. art. 45.* Const. Elector. Saxon. *19. part. 4. ibique* Carpzov. *Def. 1. 2. & 3.* Idem, in *Resp. Electoral. lib. 5. Resp. 108. num. 11. & 16.* Hieron. Brückner. in *Decc. causar. matrimonial. cap. 1. num. 54.* Attamen omnium horum Jurium Interppr.

101 tradunt, quòd per illam Thalami conscensionem non ipse carnalis concubitus requiratur; Besold. in *Thes. pract. voc.* **Bett.** & ad *p. 4. Jur. Prov. th. 6.* Carpz. J. *F. part. 3. C. 19. Def. 4.* D. Lauterbach, *d. loc.* ex Mevio, Hahnio, Neostadio, Goswinus ab Esbach, ad *d. Def. 4.* eleganter Richterus, *P. 2. Decis. 94. num. 4. & sq.* ubi plura hanc in rem videri possunt. Brunnemann. *d. loc.*

Hinc, si, post nuptias legitimè contractas, 102
Maritus moriatur, quamvis novam Uxorem carnaliter non cognoverit; attamen ab illâ decenter lugendus est; jx. tx. expr. in *L. 6. d. rit. nupt. ibique* Brunnemann.

Hinc item, quamprimùm in Benedictione 103
Sacerdotali consensus conjugalis est declaratus, eôque ipsô matrimonium contractum, Cognati Uxoris, inspectô Civili jure, confestim affines fiunt marito, & mariti consanguinei affines Uxori; tametsi ingressus thalami conjugalis nondùm secutus sit; ità, ut inter hujusmodi Affines ea, quæ de Jure Civili inter Affines sunt constituta, sine dubio locum habeant; ex doctrina Lauterbachii, *d. singul. Affin. jur. Dissert. 1. cap. 4. §. 1. num. 9. & sqq.* ubi tamen de Jure Ca- 104
nonico aliud subjungit.

Hinc, quamvis Sponsus prædefunctæ suæ 105
sponsæ sororem, matrem vel filiam, ex dispensatione competentis Magistratûs, uxorem ducere Hodienùm permittatur; jx. ea, quæ de hoc ex Theologis & Jureconsultis congessit Carpzovius, in J. *Cons. lib. 2. Def. 121. & 122.* Dn. Lauterbach, *de Arrha. th. 145.* Brunnemann. ad *L. 8. Cod. de incest. & inutil. nupt.* ex Beustio & Gerhardo, Idem, ad *l. 12. num. 2. ff. d. rit. nuptiar.*

Tamen aliud obtinere, si Matrimonium 106
fuerit contractum, tametsi dicatur, defunctum Maritum superstitem Viduam nunquàm carnaliter cognovisse, apertissimus probat textus in *L. 8. Cod. d. incest. & inutil. nupt.* ubi illa sen- 107
tentia quorundam Veterum, existimantium, solô consensu Nuptias non contrahi; & non aliter perfici, nisi reipsa subsecutô Concubitu, omninò exploditur, & seriò disponitur, quòd si quis defuncti sui fratris Viduam, sub istô prætextu, quòd scil. illa semper Virgo permanserit, adeòque Nuptiæ re contractæ non videantur, uxorem duxerit, tàm illi, quàm qui ab ipsis generantur, antiquarum Legum tenori subjecti esse debeant. Videat. *ibid.* Gothofredus, *lit. e.*

Hinc pariter, si aliquis cum duabus puellis, 108
diversis temporibus, sponsalia contrahat; & postremis sponsalibus vel copula Carnalis, vel saltem copula seu Benedictio Sacerdotalis accedat; tunc, contra Pontificum minùs pias sanctiones in *Cap. Si inter virum. 31. x. d. sponsal. Cap. 1. Cap. 3. & Cap. ult. x. d. sponsâ duor.* postrema sponsalia, ut quæ in Matrimonium degenerârunt, prioribus præferenda esse; tametsi prior Sponsa suo sponso condonare velit, prolixè propugnat laudatus Carpzovius, *d. lib. 2. Def. 66. per totam.* inprimis *num. 22.* ubi ità: Taceamus, inquit, insigne scandalum, quod

ex dis-

ex dissolutione hujus matrimonii daretur. Publicâ siquidem Benedictione, quasi à DEO ipso, per os ministri sui loquentis, spectantibus Angelis & hominibus, personæ desponsatæ copulantur, ut per hoc DEO consecretur individuæ Vitæ consuetudine initium, admonente Tertulliano, & Beustio. A quô tempore matrimonium designare incipit sacramentum seu mysterium inter Christum & Ecclesiam. Quis ergò conjugium hoc à DEO consecratum & tantum mysterium rumpere ausit? Non profectio id fieret absque scandalo, quod omnibus modis evitandum.

110 Hinc porrò si legatum Puellæ relictum sit sub hâc conditione: cùm nupta erit; vel quamprimùm matrimonio copulata erit, Legatum eidem, ex primo matrimonii, per *ἱερολογίαν* seu copulam Sacerdotalem perfecti momento deberi, ex superiùs adductâ *L. 15. d. condit. & demonstrat. ibique* à DDbus adductis rationibus demonstrat Menochius, *d. præsumption. lib. 4. præsumpt. 147. per tot.* Andr. Gailius, *lib. 2. Obs. 80. num. 3.* Philippus Matthæus, ad *L. 30. n. 6. & sq. d. reg. jur.* ubi etiam ad *L. penult. ff. quand. dies legat. ced.* respondet.

111 Indè denique, si Conjugium cum personâ infideli, per benedictionem Sacerdotalem consummatum sit, tunc illud, ob solam infidelitatem, non debere dissolvi, ex *1. ad* Cor. *7. v. 12. cum sqq.* nec non argum. *Capit. Decrevit. 14. d. hæret. in 6.* cum Wissembachio, & Bidembachio, docet Dn. Müller, *d. Dissert. d. hierolog. sect. 6. th. 6.*

112 Cùm, si tales Conjuges, post nuptias celebratas, disjungerentur, majus scandalum indè nasceretur, & Conjugum conscientiæ gravissimè læderentur.

Et quæ talia sunt alia.

113 **Aus welchem dann allem zur genüge sich zeiget/ daß/ so bald eine Priesterliche Einsegnung vollzogen ist** / regulariter alle Jura statt **und platz haben/ welche von denen Eheleuthen** à DEO & humanis, Legislatoribus, in materiâ Contractuum, ultimarum Voluntatum, Successionum ab intestato & ex pactis Dotalibus, Delictorum & sic deinceps, **verordnet seynd.**

114 **Es ist zwar nicht ohne/ daß** ad hoc, ut Conjugium pleniss imè perfectum, &. quod alii sic vocant, consummatum dicatur, etiam copula carnalis necessaria sit; per *Capit. 7.* juncto *Capit. 9. x. d. convers. conjugat. Can. In omni. 36. caus. 27. Q. 2. Can. Aliter. 1. caus. 30. Q. 5.* post Cypræ. Harpprecht. ad *rubric. Inst. d. nupt. num. 124.* Petrus Peckius, *tr. d. testam. conjug. lib. 1. cap. 5. num. 6.*

115 Concubitus siquidem & commixtio carnalis ultimus Consummationis actus est: Carpzov. *lib. 5. Resp. 108. num. 17.*

116 Ad quam etiam Copulam multi illud Salvatoris: Et erunt duo in carne una, restringendum existimant; per tx. in *Cap. 2. th. 7. x. d. convers. conjug.* & *Can. Lex Divina. 14. caus. 27. Q. 2. Can. Agathosa. 17. caus. 27. Q. 2. Cap. Martinus. 4. x. d. cognat. spiritual.* ibi: *Efficiantur per connubium una Caro.* ubi Glossa, in verb. *per connubium.* innuit copulam Carnalem. Ungepaur. ad *d. tit. d. convers. conjugat. num. 2.* latè Petrus Barbosa, ad *Rubr. ff. sol. matrimon. part. 2. num. 105.*

Cui conformiter etiam solum Matrimo- 117
nium per copulam carnalem seu concubitum consummatum, illam conjunctionem, per quam Christus, per mysterium incarnationis, una Caro cum Ecclesiâ factus est, innuere existimant; per tx. in *Epist. ad* Ephes. *5. vers. 32.* ubi ità Apostolus: Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Quæ verba ad illa ibidem præmissa: Erunt duo in carne una; (quod fit per copulam) respicere dicunt.

Ingleichem ist nicht ohne/ daß auch unter- 118
schiedliche Effectus Juris, præsertim Canonici, **anderst nicht statt haben / es seye dann die Ehe** per Copulam Carnalem pleniss imè **vollzogen und** consummirt:

Ex quo est, quòd, si Uxor, post sacerdota- 119
lem benedictionem, priusquàm carnaliter à novo marito cognosceretur, fato concedat, hic illius Maritus, ductâ novâ Uxore non fiat Bigamus, ad hunc nempe effectum, ut ipse propterea ad sacros Ordines non possit ordinari; tx. express. in *Cap. 5.* ubi DDres. x. *d. bigam. non ordinand.* Johannes Harpprechtus, ad *d. rubr. num. 128.*

Hucque etiam illud spectat, quòd crimini 120
Bigamiæ præstituta pœna Capitis non aliter ter obtineat, quàm si utrumque Matrimonium per copulam carnalem sit consummatum: Ordin. Crimin. *art. 121.* ibi: **Und vollbringet.** per quod verbum ipsam corporum conjunctionem vulgò exaudiunt. Besold. in *conss. Tubing. part. 5. consil. 215. num. 8.* Carpzov. *Q. crimin. 66. num. 53.* Dn. Lauterbach, in *Different Jur. comm. & Wurtemb. quoad causas criminal. §. 22. num 8.*

Nec non etiam illud, quòd de Jure Cano- 121
nico Matrimonium quidem per copulam sacerdotalem perfectum, per ingressum religionis, tàm à Masculo, quàm à Fœmina, invitô licet alterô, benè possit resolvi; haudquaquàm verò illud, quod per copulam carnalem est consummatum. Concil. Tridentin. *sess. 24. d. sacram. matrim. Can. 6.* Covarruv. *d. sponsal.* *part. 2. cap. 7. §. 4. num. 6.* Gutierrez. *in Qq. Canon. cap. 17.* latè Petrus Barbosa, ad *rubr. ff. sol. matrimon. part. 2. num. 73. cum mult. sqq.*

Ja/ daß wir noch näher zu unserem Zweckh 122
schreitten / so ist endlich auch dises nicht zucontradiciren / **daß viel tapffere vornehme** Pontificii Doctores, tùm Theologi, tùm Jureconsulti, **der beständigen meinung seyn /**

quòd non saltem Sponsalia de præsenti contracta, verùm etiam Matrimonium, per copulam

Iam carnalem nondùm consummatum, ex justa causâ, à Pontifice tolli possint: eo quòd scil. hujusmodi Matrimonium, propter ultimæ Consummationis defectum, conjunctionem Christi & Ecclesiæ non designet, nec, propter defectum conjunctionis Corporum, quâ Conjuges demùm una Caro reddantur, mysterium fidei in se contineat;

124 quò inprimis famosum illud *Capitulum 7. x. d. convers. conjug.* spectat, ubi ita rescribitur: Sanè, quod Dominus in Evangelio dixit, **non licere Viro, nisi ob causam fornicationis, Uxorem suam dimittere,** intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquii, **de his, quorum matrimonium carnali copulâ est consummatum, sine quâ consummari non potest.**

125 Ac proinde in terminis, quod ajunt, terminantibus, quòd Matrimonium, per copulam carnalem non consummatum, per dispensationem, à Pontifice tolli possit, si modò id fiat ex justa causa, tradit Prosper Farinacius, *Q. crimin. 143. num. 8.* ubi hancce sententiam ex Villalobos appellat communem. Jacobus Menochius, *d. A J. Qq. cas. 455. num. 4. & sqq.* Hieron. Cagnolus, ad *L. 30. d. reg. jur.* ubi

126 *num. 5. in fine* ità: DDres communiter differentiam faciant, an Matrimonium sit per copulam confirmatum & consummatum, vel non; ut in primo casu dissolvi non possit, neque fieri dispensatio: Secùs in secundo, ex causa. Oldradus Laudensis, inter *consil. matrimonial. tom. 1. consil. 1.* operosè Petrus Barbosa, *d part. 2. num. 103. & sqq.* ubi plurimos alios, ejusdem sententiæ patronos allegat. Decius, Felinus, Gratus, Loazes, Sylvester, Cajetanus, in locis congestis per Didacum Covarruvias, in *epitome Decretalium, part. 2. cap. 7. §. 4. n. 13.*

127 **Und welches noch ist / so seynd einige auch von unseren** Jureconsultis, **mehr die auch** in terris Augustanæ Confessionis **dem** ordinario Magistratui Ecclesiastico **gleichen Gewalt zuzuschreiben scheinen;**

128 quam sententiam inprimis tutari deprehendimus Johannem Harpprechtum, ad *d. rubr. num. 128.* ibi: *Et indè Sponsalia de præsenti, seu matrimonium concubitu nondùm consummatum, propter certas causas dispensatione Pontificiâ (NB.* apud nos ordinario Ecclesiastico Magistratu) *tolli posse, plerique statuunt; eo quòd propter defectum conjunctionis Corporum, quâ Conjuges demùm una Caro reddantur, mysterium fidei haud in sese contineat:* Quæ eadem verba sua etiam fecit ab ipso laudatus Johannes Kizelius, in *synopsi matrimoniali, cap. 2. theorem. 2 lit.* J.

129 **Es ist aber hierwider wohl in obacht zunemmen / daß / vors Erste / diese Lehre auch unter denen** Pontificiis Scriptoribus **überaus** controvers **sey; und die** Negativa **von vielen** haud postremi subsellii Doctoribus, Theologi æquè ac Jurisconsultis, **constanter verfochten werde.**

Undè non solùm Negativæ magis, quàm 130
Affirmantium opinioni patrocinatur Abbas Panormitanus ad, *d. Capit. Ex publico. col. fin. x. d. convers. conjug.* quem etiam sequitur Joh. Lupi, Segobiensis, in *tract. de matrimon. num. 30.* & Jacobus Almain. *tr. d. potest. Eccles. cap. 15.* quos refert & sequitur Didacus Covarruvias, in *epitome Decretal. part. 2. cap. 7. §. 4. num. 14.* Soto, Corasius, Bursatus, Alphonsus de Vera Cruce, Matienço, Gutierrezius, in locis congestis per Petrum Berbosam, *d. part. 2. num. 103.*

Verùm etiam eandem à Theologis Pontifi- 131
ciis communiter approbari, ac proindè, ceu veriorem & tutiorem magis sequendam esse, scribit modò laudatus Didacus Covarruvias, *d. num. 14.* ubi ipse *in fine* dicit, se non audere 132
à communi hâc Theologorum sententia discedere; quòd, licet Matrimonium, per copulam carnalem non consummatum, non repræsentet conjunctionem Christi & Ecclesiæ per assumptionem Carnis; attamen conjunctionem Christi & Ecclesiæ per dilectionem & charitatem significet, & sic conjunctionem Christi cum anima justa.

Cui paria ferè tradit Abbas Panormitanus, ad 133
Cap. 5. x. d. bigam. non ordin. ubi *num. 1.* dicit, duo esse requisita ad matrimonium, scil. conjunctionem animorum & commixtionem corporum. Attende, pergens, hæc requiri ad perfectionem Sacramenti; sed ad perfectionem matrimonii non; quia perficitur solo consensu.

Quemadmodum enim solus Consensus ma- 134
trimonialis matrimonium constituit, & Concubitus ad hoc ipsum necessarius haud est; ità illa Animorum conjunctio, individuam vitæ consuetudinem intendens, unitatem inter Christum & fidelem animam denotat; ut ex *decisione* Francisci Marci, *523. part. 2.* advertit Marta Neapolitanus, *Dig. novissi. tom. 3. tit. Nuptiæ. cap. 6.*

Et cùm Matrimonium, ad sui essentiam, co- 135
pulam carnalem haudquaquàm requirat; sed verum Matrimonium etiam ante illam sit; per *Cap. unic. de voto. in 6.* ubi dicitur, Matrimonium à DEO, rerum omnium conditore, in statu innocentiæ fuisse institutum; quo tempore Protoplasti statim Conjuges audiverunt, etiam antequàm Adamus suam Evam cognovisset; observante Abbate, ad *d. Capit. Ex publico. 7. x. d. convers. conjugat.* & Hieron. Cagnolo, ad *L. 30. num. 4. d. regul. jur.*

Sanè vix est, ut ulla humana Potestas sic 136
à DEO conjunctos separare rursùs valeat.

Für das andere ist zumerckhen / daß die pro- 137
xime allegirte Harpprechtus & Kizelius paulo obscuriùs **reden / also / daß aus ihren Worten nicht eigentlich zuerlernen / ob Sie ihre** Sentenz **allein** de sponsalibus de præsenti contractis, **oder auch** de Conjugio per sacerdotalem

Benedictionem confirmato & perfecto **verstanden haben wollen? wohlbetrachtet Sie beyde diser worte sich bedienen:** Sponsalia de præ-
138 senti, NB. seu matrimonium concubitu nondùm consummatum &c. **Nun seynd** Sponsalia
139 de præsenti contracta **nicht nur** à Matrimonio per copulam Carnalem seu concubitu consummato; **sondern eben so wohl auch** à Matrimonio per sacerdotalem Benedictionem confirmato & perfecto, **in vielen Stückhen unterschieden.**

140 **Es seye aber disem / wie ihme wolle / so ist / Drittens / dise meinung /** quòd videlicet Matrimonium per sacerdotalé Benedictionem perfectum, tametsi Concubitus non fuerit secutus, à Pontifice vel aliâ humanâ potestate rescindi non possit, **denen Göttlichen und weltlichen Rechten viel gemässer.**

141 Cùm enim Matrimonium, per sacerdotalem Benedictionem perfectum, Divino, Canonico, & Justinianeo, imò etiam Gentium Jure inspectô, verum sit Matrimonium; Jungat. omninò Bened. Carpzovius, in *Jur. Consistor. lib. 2. Def. 142. per tot.* inprimis *num. 1.* ubi ità
142 notanter: Conjugium, inquit, sive matrimonium ut omnibus numeris sit perfectum & absolutum, omnesque veri & completi matrimonii effectus producat, ultimus ad consummationem ejus accedat actus, necesse est; qui Hodiè in copulatione ac benedictione Sacerdotali consistit. &c. Quare veriùs & tutiùs tùm à suprà relatis Pontificiis Doctoribus, tùm etiam à nostris, inprimis verò à Basilio Monnero, asseritur, quòd id nec à Pontifice, nec ab ab alia humana potestate resolvi queat. in *tr. de matrimon. part. 3. cap. 12.* ubi dicit, quòd, cùm
143 Matrimonium sit Juris Divini, etiam ante consummationem & consuetudinem conjugalem, juxta illud: Quos DEUS conjunxit, homo ne separet. Matth. *19.* & constet, matrimonium non concubitu; sed consensu effici; *L. nuptias. d. reg. jur.* non debeat carnalis illa Consuetudo & copula, de quâ solâ DDres intelligunt loqui Christum, habere tantam vim & efficaciam, ut, si quidem ea non fuerit secuta, liceat ulli hominum, aut Episcopo Romano, pro sua libidine divellere matrimonia licitè contracta.

144 **Viertens ist zu beobachten / daß / wann man auch gleich die** Affirmativam **nach- und zuzugeben hätte; iedannoch dieselbe anderst nicht** obtinire / **alß** ex causa valdè gravi, imò planè gravissimâ.

Undè ità Covarruvias: Hæc sanè in hac
145 quæstione dixerim, ut, si quando in Praxi ea inciderit, illud sit maximè observandum, non esse matrimonium ratum; copulâ tamen nondùm consummatum, summi Pontificis dispensatione & autoritate, **nisi ex gravissimâ**
146 **causâ**, dirimendum. Quamvis etenim illa sit admittenda sententia, quæ huic dispensationi & dispensandi potestati patrocinetur, mihi profectò satis dubia; non erit data, nec licita hujusmodi dispensatio, **nisi ea maximâ ex causâ fiat.** *d. num. 14.*

